

V c
72a



I



Q. XII, 5.

V c
72^a

Q. D. B. V.
STEMMATOGR APHIA
AVGVSTA
SAXONICA
SVB MODERAMINE
IOANNIS DAVIDIS KOELERI P.P.
EX
IDONEIS MONVMENTIS
COLLECTA
ET
AD DISSERTATIONEM CIRCVLAREM
D. MAII A. G. CIOCCCXXI.
PROPOSITA
AB
LAVRENTIO IACOBO KRAVSIO
AVCTORE RESPONDENTE.



Ex Archivio Fuldensi

ALTORFII
RECVS. A IOD. GVIL. KOHLESIO ACAD. TYPOGR.



100

100





P R A E F A T I O

PRAESIDIS

AD

DOCTISSIMVM

AVCTOREM RESPONDENTE M.

Historiae Germanicae, tam jucundae, tamque utilis, multi quidem dantur cultores, pauci vero tam pertinaces sectatores, ut non conatu quodam levi, verum ex instituto, animum ad illam applicent, eamque cum ista scientia penitus jungant, qua probe instructi Deo et Reipublicae aliquando inservire cupiunt. Quo rariora ergo sunt ejusmodi ingenia praestantia, multarumque rerum capacia, eo mihi sunt cariora, et ad obeunda gravissima reipublicae munera aptiora, quibus etiam omnia benevole indulgeo, largiterque sub ministro, quae ad perficiendum, et ad summum culmen provehendum, eorum studium historicum ulla ratione facere videntur. Facilis inprimis Tibi, optime KRAVSI, utpote genuino disciplinae meae alumno, fautor, adjutor, monitor et praemonstrato extitit

in STEMMATE AVGVSTO SAXONICO describendo ad
 eam normam et formam, qua prostant a me jam elaboratae cae-
 terae Familiae Augustae, usque ad Habsburgicam, quae au-
 gustioribus auspiciis etiam in lucem veniet. Et quamvis quae-
 dam in tuis commentariis occurrent mutanda, corrigenda,
 et addenda, hoc labore tamen arduo feliciter defunctus es, et
 praeclarum dignumque Tua indefessa industria specimen edi-
 disti, quod merito applaudo, et de summa laude et gratia ex
 eo nata Tibi ita vehementer gratulator, ut Te quoque mihi
 gratulari, quam gratias agere, malim. Omnino enim meruit
 Familia Henricorum et Ottonum, Regum et Imperatorum Sa-
 xonica, atavorum atavis usque ad hominum memoriam no-
 bitissimis splendidissima, ex elogio Ruotgeri in vita Brunonis
 n. 2. in Leibnitzii T. I. p. 274. ut in eadem luce poneretur,
 et non minori certitudine niteretur, ac aliae Familiae in nostro
 regno Augustae, et licet ~~constet~~, jam in ejus expositione vires
 ingenii sui exercuisse aliquot summos, patriaeque historiae
 studiosissimos ac peritissimos viros, nobis tamen non pauca su-
 perfuerunt, quibus major fides et auctoritas concilianda fuit.
 Sed ne immodestum ac indecorum videatur, nostri laboris
 praeconem agere, opto denique potius Tibi, doctissime AUCTOR
 RESPONDENS, ut virtute duce et comite fortuna stadium,
 quod ingressus es, feliciter absolvas, summaequae Tuae dili-
 gentiae tam uberes capias fructus, ut Te historiae
 cum lurisprudencia conjunctae nunquam
 poeniteat.

PROBA-

E.

hocque transfuit Gandersheimium A. 876. t. d. 6. Sept. A. . . . sep.

Gerberga, abba-
issa Gandershei-
mensis A. 874. t.
A. 896. d. 24 Jul.
sep. in Ganders-
heim. p. 6.

10. Christina, abba-
issa Gandersheimen-
sis A. 896. t. A.
919. sep. Ganders-
heimii p. 7.

11.) Enda, pri-
mo nupta ma-
vito deinde vi-
dua velata p. 7.

12.) Filia et 3. Filii
t. in infantia, ex
quibus una proles
sepulta Herfor-
dii. p. 7.

20.) N. N. Filia ex concubina
nupta Widoni Turinge, p. 12.

us de Babeberg.
us Henrici Senio-
nannis ad Lutet.
. 11.

II.

27.) Bruno n. A. 928. monachus Corbejenfis A.
942. Archiepiscopus Colonienfis A. 952. Dux Lo-
tharingiae A. 953. t. A. 965. d. 11. Oct. Remis
sep. in monaster. S. Pamelonis Coloniae d. 19. Oct.
p. 13.

II.

28.) Hathuvvin, nupta
A. 938. Hugoni Ma-
gno, Camiti Parisiensis
t. A. 956. p. 15.

TABVLA I.
FAMILIAE AVGVSTAE SAXONICAE.

3.) Rudolphus, primo Comes, deinde Dux Saxoniae Orientalis, Romam perrexit A. 147. coenobium virginum inchoavit in Brunetshausen A. 152. bovee transiit Gandersheimium A. 156. t. d. 6. Sept. A. . . . sep. in Gandersheim. p. 1.
2.) Oda, F. Billungi, Principis Francii, et Aedae, n. A. 806. t. A. 915. aetat. CP. II. sep. Gandersheimii. p. 2.

3.) Bruno, Comes, postea Dux Saxoniae, 4.) Otto, Dux Saxoniae, A. 880. occisus in proelio ad Ekkehardus ff. a Danis A. 880. d. 2. Februarii, sep. Ekkehardi, p. 3.
6.) Hathumoda, n. A. 849. prima abbatissa Gandersheimensis A. 852. t. A. 874. d. 29. Nov. die Lunae sep. in Gandersheim, p. 4.
7.) Luitgard, t. A. 885. d. 31. Nov. sep. in Albstadburg.
8.) Ludovici II. R. Franc. Orient. A. 876. mens. Nov. t. A. 882. d. 20. Jan. sep. in Laurinhans p. 5.
9.) Gerberga, abbatissa Gandersheimensis A. 874. t. A. 896. d. 24. Jul. sep. in Gandersheim, p. 6.
10.) Christina, abbatissa Gandersheimensis A. 896. t. A. 919. sep. Gandersheimii p. 7.
11.) Enda, primo nupta marito deinde vidua velata p. 7.
12.) Filia et 3. Filii t. in infantia, ex quibus una proles sepalta Herfordii, p. 7.

13.) Thancmarus t. ante patrem p. 8.
14.) Ludolphus t. ante patrem pag. 8.
15.) HENRICVS I. n. A. 876. Dux Saxoniae A. 912. Rex Germaniae electus Frisiae et coronatus A. 919. ante de 10. Martii, t. A. 936. d. 2. Jul. d. Solis aetat. 60. reg. 17. sep. in monasterio Quedlinburgensi p. 8.
VXORES.
16.) L.) Hatheburg, F. Ervini senioris, Dynastae Althadensis, et vidua velata, nupta A. 908. renudiata A. 909. pag. 10.
17.) II.) Mathildis Wiliikindea, F. Theoderici Comitis Occidentalis Saxoniae ex Reinholda Danica, educata ab avia paterna Mathilde in Herwardensi Parthenone nupta A. 909. t. A. 968. d. 14. Martii, sep. Quedlinburg ap. S. Servatum p. 10.

I. 21.) Thancmarus, fratri Ottoni Imperatori rebellans, occiditur in castello Ebrsburg, A. 939. p. 12.
II. 22.) OTTO I. Rex Germaniae et Imp. vid. TAB. II.
II. 23.) Gerberga, n. Norabysae t. d. 5. Maji A. . . . sep. ap. S. Remig. Remis. p. 13.
MARITI.
24.) I.) Gislebertus, Dux Lotharingiae A. 939. t. A. 959. in proelio ad Rebum, p. 13.
25.) II.) Ludovicus, R. Franciae A. 939. t. 956. d. 10. Sept. sep. ap. S. Remig. Remis. p. 13.
II. 26.) Henricus, Dux Bavariae, vid. TAB. III.
II. 27.) Bruno n. A. 928. monachus Corbejensis A. 941. Archiepiscopus Colonienfis A. 952. Dux Lotharingiae A. 957. t. A. 965. d. 11. Oct. Remis sep. in monasterio S. Felicis Coloniae d. 19. Oct. p. 13.
II. 28.) Hathuvvin, nupta A. 938. Hugoni Magno, Camilli Parisiensi t. A. 956. p. 15.

T A B U L A II.
FAMILIAE AVGVSTAE SAXONICAE.

1.) OTTO I. n. d. 22. Nov. A. 912. F. Henrici Regis et Mathildis secundum Tab. I. n. 22. Dux Saxoniae, coronatur R. German. Aquis mens. Julio A. 936. R. Ital. Mediolani A. 961. Imperator Romae A. 962. †. A. 973 d. 7. Aetate Mercurii Miminleve, aetatis 61. reg. 37. sep. Magdeburgi in aede S. Mauricii. p. 15.

VXORES.

- 2.) I. Edgij. F. Eduardi I. R. Angliae ex secunda conjuge Elifetha, nupta A. 927. coronata cum marito Aquis A. 936. †. A. 946. d. 26. Jan. sep. Magdeburgi in aede S. Mauricii p. 17.
3.) II. Adelheid. F. Rudolphi R. Burgundiae ex Bertha, vidua Lotharii K. Ital. nupta A. 951. coronata Augusta A. 962. †. A. 999. d. 17. Dec. sep. in Basilica Salisburgh p. 18.
4.) NN. Concupina, nobilis Slavonica, p. 19.

I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	
5.) Ludolphus, n. A. 930. designatus successor regni A. 946. Dux Sarciae A. 984. occisus in proelio Ital. A. 957. d. 6. Sept. sep. Moguntiae in aede S. Albani, pag. 19. VXOR.	9.) Ludgard, nupta A. 947. †. A. 953. sep. Moguntiae in aede S. Albani p. 20. MARIIVS.	11.) Heuricus †. ante patrem p. 20.	12.) Bruno †. A. 957. d. 8. Sept. p. 20.	13.) OTTO II. n. A. 954. coronatur R. Germ. Aquis A. 961. d. 26. Maji. Imp. Romae A. 967. d. 25. Dec. †. A. 983. d. 7. Dec. oct. 29. reg. 10. Romae, sep. in aede S. Petri ibid. p. 20. VXOR.	14.) Theophania, F. Imp. Caroli Romani junioris et Theophaniae, cognata Johanni Zenitice, Imp. Caroli, nupta Romae A. 971. d. 14. April. coronata Romae eod. anno †. A. 991. d. 15. Junii Noviomagi, sep. in monast. S. Pantal. Colon. p. 21.	15.) Mathildis, n. A. 955. abbatissa Quedlinburgensis A. 966. †. d. 8. Reburarii A. 999. sep. Quedlinburgi in aede S. Petri et Stephani p. 21.	16.) Adelheid, abbatissa Esfendensis A. 978. p. 24.	17.) Wilhelmus nat. An. 928. Archiepiscopus Moguntinus A. 954. †. A. 968. die 2. Martii Reduerebae p. 26.		
6.) Ida, F. Hermanni, Sarcorum Ducis, nupta A. 947. †. A. 986. p. 19.	10.) Conradus, Dux Lotharingiae A. 944. depositus A. 953. Duces Francorum interfectus ab Hungaris in proelio ad Lycum d. 10. Aug. A. 955. sep. inormatias p. 20.									
7.) Mechtild, nat. 8.) Otto, n. A. 954. Dux Sarciae A. 973. Bavariae A. 976. 1011. abbatissa. †. A. 983. d. 15. Julii in proelio Ital. contra Saracenos p. 19.										
18.) Sophia, velata A. 987. abbatissa Ganderseimensis A. 1002. d. 10. Aug. †. 1039. d. 30. Jan. p. 25.	19.) Adelheid, n. A. 677. velum accipit A. 995. abbatissa Quedlinburgensis A. 999. d. 29. Sept. et Ganderseimensis A. 1039. †. A. 1044. sep. Quedlinburgi. p. 26.	20.) OTTO III. n. A. 980. coronatur R. Germ. Aquis A. 983. d. 25. Dec. Imp. Romae A. 996. d. 21. Maji. †. A. 1002. d. 24. Jan. Paternae veneno, aet. reg. 19. interfecta sep. Augustae P. ind. in Orat. S. Othobrici, Corpus vero Aquis ipso F. sep. d. 27.	21.) Mathildis, †. A. 1022. d. 4. Nov. Aichezae, sep. in monasterio Brunwilerens p. 29. MARIIVS.	22.) Ezo, Ebrunfridus vulgo, Comes Palat. n. A. 954. †. A. 1035. d. 21. Maji Salfeldae, sep. Brunovill. p. 25.	23.) Otto, Comes Palatinus A. 1035. Dux Sueviae A. 1045. †. A. 1048. d. 7. Sept. p. 31. 24.) Filia. p. 31. VXOR.	25.) Gevhardi, Comitis Saxoniae, caesi in proelio ad Unfrutram A. 1075. d. 9. Junii p. 31.				
26.) LOTHARIVS II. n. initio Junii A. 1075. Comes in Supplenburg, Dux Saxoniae A. 1106. Rex Germ. etc. Moguntiae A. 1125. d. 30. Aug. coronatur Aquigrani d. 13. Sept. Imperat. Romae A. 1133. d. 4. Junii †. A. 1137. d. 3. Dec. sep. in monast. Lutbera. p. 32. VXOR.										
27.) Rigenza, contra Beatrix, filia Henrici Craffi C. Northeimensis et Gertrudi Brunsvicensis, †. A. 1141. sep. ibid. p. 33.										
28.) Gertrudis, †. ex parte difficili. A. 1143. sep. in monasterio Lutera. p. 34. MARIIVS.										
29.) I. A. 1127. in octava Pentecostalis ad Augustam P. indelicorum Henricus superbus Dux Bavariae et Saxoniae. †. A. 1139. d. 20. Oct. sep. in monasterio Lutera pag. 34.										
30.) II. A. 1142. Francourti tempore Pentecostalis, Heuricus, Dux Bavariae et Marchio Australis, †. A. 1177. sep. in monast. Scedorum Wisenae p. 35.										

A. 936. R. Ital. Mediolani A. 961. Imperator Romae A. 962. †. A. 973

gedeburgi in aede S. Mauritii p. 17.
in Basilica Salisfens p. 18.

	II.	II.	III.
Germ. I 5.) Mathildis, u. A. 955. mae A. abbatissa Quedlinburgensis act. 29. A. 966. †. d. 8. Februarii d. p. 20. A. 999. sep. Quedlinburgi in aede S. Petri et Stephani p. 23.	16.) Adelheid. abbatissa Es- sendiensis A. 978. p. 24.	17.) Wilhelmus nat. An. 928. Archiepiscopus Moguntinus A. 954. †. A. 968. die 21 Martii Redul- serabae p. 24.	

1
4. d. 4. Nov. Aichezae, sep. in monasterio Brunvillerens p. 29.
IVS.
lgo, Comes Palat. n. A. 954. †. A. 1035. d. 21. Maji Salfeldae, sep. Brun-

us A. 1035. Dux Sueviae A. 1045. † A. 1048. d. 7. Sept. p. 31.

) Filia. p. 31.

VXOR.

Saxoniae, caesi in proelio ad Unstrutam A. 1075. d. 9. Junii p. 31.

26
grani d. 13. Sept. Imperat. Romae A. 1133. d. 4. Junii T. A. 1137.

27.

28.

29.
30. p. 32. 34

PROBATIONES

AD TABVLAM I.

FAMILIAE AVGVSTAE SAXONICAE.

Nota :

Numeri praefixi personas in Tabulis occurrentes respiciunt.

- I.) **H**ROSVVITHA in Carmine de construct. Gandersh. in Leibnitii T. II. Scriptor. Brunsvic. p. 319. et Leuckfeld. Antiquit. Gandersh. c. XXX. p. 411.

*Hinc nam Francorum magni Reges Hludovici
Militiae primus adscriptus pene sub annis
Ex ipso digne summo sublatus honore
Gentis Saxonum mox suscepit Comitatum
Ac cito maioris donatus munere juris,
Principibus fit par, Ducibus sed nec fuit impar,
Quique suos omnes vicit pietate parentes,
Non minus insignis pompa vincebat honoris.*

WOLFERRVS in vita S. Godehardi, Ep. Hildesheimensis, c. III. in Leibnitii T. I. p. 490. *Quidam Dux Saxonicus Ludolphus cum sua conjugue Oda, cum consilio et licentia S. Alfridi IV. nostrae ecclesiae Episcopi, Romam petit, et a B. Sergio Papa, reliquias S. Praesulum, Anastasii et Innocentii, impetratas detulit. In quorum honore monasterium -- Virginum primum in Brunesteshusen, deinde quarto post anno in Gandesheim construxit.*

Annus huius peregrinationis religiosae Romam susceptae ab his conjugibus religionis ita eruitur. Suasit eandem Alfridus, Ep. Hildesheimensis, cujus annus primus fuit A. C. 847.

CHRONICON EPISCOPI HILDESHEIM. ex codice authentico ipsius ecclesiae in Leibnitii T. I. p. 743. Anno DCCCXLVII.

A

incar-

incarnat. Domini Alfridus IV. Episcopus ordinatur. Illustres peregrinatores magnifice suscepit Sergius II. P. R. Ejus vero obitum ad eundem annum annotant ANNALES BERTINIANI his verbis : Sergius Romanus Pontifex VI. Kalend. Februarii defungitur.

EGGEHARDVS, Abbas Vrapienſis in Catalog. Ep. Hildesh. No. IV. in Leibnitii T. I. p. 743. *Hic Alfridus anno Domini DCCCLII. cum Ludolfo, primo Duce, in Brunetshufen, es quarto posthaec anno in Gandersheim virginum coenobium inchoavit.*

EXCERPTA EX NECROLOGIO HILDESHEM. ECCLESIAE VETERI, *ibid. p. 766. VIII. Idus Sept. Ludolfus Dux.*

HROSWITHA loc. cit. p. 324. et p. 418.

*Cujus in antiquo corpus venerabile templo
Tunc gremio terrae commendatum fuit apte,
Ossa sed annorum, post decursus aliquorum,
Sunt hac in ecclesia translata locanda novella.*

2.) Confirmatio donationum ad eccles. Gandersh. ab Imperatore Ottone I. in Leuckfeldii Antiquit. Gandersh. c. XIV. p. 99. *Otto, Dei gratia Rex. Notum sit igitur omnibus fidelibus -- quomodo Luitolfus, proavus noster, Dux Saxoniae quoddam monasterium in loco, Gundesheim nuncupato, construxit, cum venerabili ejus conjugē Oda -- Postquam autem memoratus, Dux migravit a seculo ejusque venerabilis conjugē viduata permansit, filii eorum, Duces, Bruno et Otto, adierunt Ludovicum, venerabilem regem, qui sororem eorum ab eis in matrimonium acceperat, et tradiderunt ei supra memoratum monasterium -- eo videlicet rationis tenore, ut praefatum monasterium regio sublevaretur munimine. -- Actum Werlabris feliciter amen. Data XI. Kal. Maji, anno Incarnat. Dom. DCCCCLVI. indict. XIII. regnante pio rege Ottone, anno XXI.*

HROSWITHA in Carm. in Leibnitii T. II. p. 319. et Leuckfeld. loc. cit. p. 411.

Cui

*Cui Conjux ergo fuerat praenobilis Oda,
Edira Francorum clara de stirpe potentum,
Filia Bilungi, cujusdam Principis almi,
Atque bonae famae generosae scilicet Aedae.*

AGIVS in vita Hathumodae c. I. Mater Hathumodae ex nobilissima aequae Francorum prosapia.

CHRONICON QVEDLINBURGENSE ad A. DCCCCXIII. in Leibnitii T. II. p. 278. *Domina Oda, mater scilicet illius (Ostonis) obiit Anno CVII. vitae suae.*

HROSWITHA alleg. locis p. 330. et p. 426.

*Oda nimis felix, nostri spes et dominatrix
Cum decies denos septem quoque uixerat annos,
Vitam sine bono consumens transit ad astra.*

*Corporis in tumulo quod nunc sub tegmine duro
Iuxta natarum requiescit busta suarum.*

3.) ANNALISTA SAXO Eccardinus ad An. 879. *Hoc tempore Bruno, filius Luidolfi, Ducis Saxonia, cum Ducatum totius Saxoniae administrasset, missus a Ludovico Rege contra Danos duxit exercitum, quorum inundatione circumventus, non habens pugnandi locum, cum duobus Episcopis, Marquardo Hildinshheimensi, et Theodorico, caeterisque militibus occisus est III. Non. Februarii.*

NECROL FULDENS. in Schannati Cod. Probat. hist. Fuld. p. 469. DCCCLXXX. Brun. Comes & frater Reginae.

4.) WITICHINDVS Annal. Lib. I. in Meibomii Scriptor. rer. German. T. I. p. 634. *Bruno, cum Ducatum administrasset totius Saxoniae, duxit exercitum contra Danos, et inundatione repentina circumfusus, non habens pugnandi locum, periit cum omni exercitu, fratri natu quidem minori, sed omni virtute multo portiori, reliquens Ducatum. Regi autem Lothowico non erat filius, omnisque populus Francorum et Saxonum, quaerebat Ottoni diadema imponere regni. Ipse vero quasi iam gravior, recusabat imperii onus.*

CONTINuator REGINONIS ad Ann. 912. p. 74. *Otto Dux Saxonum obiit.*

EXCERPTA NECROL. FULDENS. in *Leibnitii* T. III. p. 763. DCCCCXII. *Otto Comes.*

HROSWITHA in *Carim. cit. in Leibnitii* T. II. p. 329. et *Leuckfeld* c. XXX. p. 425.

Membra Ducis tantè digne servanda locari

Fecit in ecclesiae medio quam struxerat ipse.

DIEMARVS Lib. I. in *Leibnitii* T. I. p. 325. *Posthac Ottonis, secundo Kal. Dec. carnis unversae viam intrante.*

5.) VITA MATHILDIS c. I. *ibid.* T. I. p. 193. *Cui Ottoni Hathuvvic, matrona venerabilis, conjugali copulabatur vinctulo.*

Ex regali stirpe oriundam dixit AGIVS in *vita Hathumodae* c. I. *Frater ejus (Hathumodae Otto) Regum neptem in matrimonio habet. Ingeniosam conjuncturam Eccardi in notis ad h. l. p. 36. qua Hathwigam putat esse Heilwich, filiam Everhardi, Comitum et Marchionis Foro-Julienensis, et Giselaë, filiae Imperatoris Ludovici pii, suffragio nostro non confirmamus. Nam hoc modo dicenda fuisset Hathwiga ab Agio neptis Imperatorum, non Regum.*

ANNALISTA SAXO *Eccardinus* ad An. 907. *His temporibus clarebat in Saxonia Otto, filius Liudolphi, Ducis, frater Brunonis, Ducis ab hoc regalis propago. Heinrichi processit, quem ei Hathwiga genuit.*

EXCERPTA NECROL. FULDENS. l. c. p. 763. DCCCCIII. *Hadavvich Comitissa.*

6.) TANGMARVS in *vita Berwardi Ep. Hildesh.* c. XIII. in *Leibnitii* T. I. p. 446. *Filiam quoque, Dominam Hathumodam, duodecim annos habentem, praefato Episcopo in regimen intromittendam assignarunt Anno Dominicae Incarnationis octingentesimo quinquagesimo secundo.*

Concessio et transumptum Ludolfi, fundatoris Gandersh in *Leuck-*

Leuckfeldii Antiquit. Gandersh c. IV. p. 25. Quia scriptum est, pretium animae viri divitiarum ejus. Idcirco ego Lutholphus, simul cum conjugem meam Oda, quandam haereditatis nostrae partem Dei ancillis tradendam - judicavi -- Et ut haec traditio firmior esset, et indissolubilem per succedentia sibi seculae auctoritatem, habere posset, filiam meam, Hathumodam nomine, sacro velamine ibidem consecrari faciens tam imperiali auctoritate, quam sedis apostolicae litteris, et Episcopali benedictione munire curavi.

HROSWITHA cit. loc. p. 325. et 419.

*Interea Christi virgo, felix Hathumoda,
Cum gregis undenos curam his gresserat annos,
Ocius in Christo moriens transiit ad astra,
Gerbergae tenerum commisit ovile regendum.*

CONF. AGIVS, sacerdos coaevus, in vita huius Hathumodae, in Eccardi vet. Monum. Quaternione n. I. qui diem et annum mortis ejus cap. IX. ita annotavit: *Decessit sancta haec et incomparabilis femina tertio Kalendas Decembris, feria secunda, anno incarnationis Dominicae octingentesimo septuagesimo quarto, indictione septima. Vixit in sancto proposito annis viginti duobus. Omnes anni vitae ejus fuerunt triginta quatuor.*

7. et 8.) Veterum Scriptorum testimonia ad hos numeros collecta vide in DOMINI PRAESIDIS Diss. Geneal. de Fam. Augusta Caroling. Tab. VI. n. 6. et 8. p. 78. 79.

ANNALISTA SAXO in Eccardi Corp. Scriptor. T. I. p. 239. ad An. 909. confundit inter se Ludovicum II. Regem Franciae Orient. ejusque ex fratre Carolomanno R. nepotem, Ludovicum, ultimum Regem Carolingicum Germaniae, inquit: *Rex Ludovicus Luitgardam saxonem, sororem Brunonis, et magni Ducis Ottonis, accepit uxorem, sine liberis tamen discessit.* In hunc errorem inductus fuit a Witichindo, qui eadem tradit Lib. I. p. 634. absque notatione temporis. Sed

nostra sententia corroboratur ex hoc Ludovici II. Regis diploma in Leibnitii T. II. p. 362. -- *Hludovicus, divina favente gratia Rex -- noverit omnium fidelium -- industria, qualiter nos, pro remedio animarum piissimorum antecessorum Augustorum -- nec non pro dilecta conjugē nostra, Liutgarda, et carissima prole nostra, quasdam res proprietatis nostrae ad monasterium, quod dicitur Gandesheim, concessimus -- Data VII. Kal. Febr. Indict. X. anno incarn. Domini nostri Iesu Christi DCCCLXXVII. anno primo Hludovici Serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis. Actum Franconofurt. Huic membranae auctoritatem conciliat confirmatio Ottonis I. Regis, quae ibidem legitur p. 373. Postquam memoratus Dux (Ludolfus, proavus noster, Dux Saxoniae) migrans a saeculo, ejusque venerabilis conjunx (Ota) viduata remansit, filii eorum, Duces, Brun et Otto, adierunt Lodoovicum, venerabilem regem, qui sororem eorum ab eis in matrimonium acceperat, et tradiderunt ei supra memoratum monasterium -- ut regio sublevaretur munimine -- quod ille accepit -- deinde dotavit venerabilem socrum suam Otam -- et concessit -- pro remedio animarum piissimorum Antecessorum Augg. -- nec non pro dilecta conjugē sua Lutgarda. Hujus exemplo provocatus Arnulfus Rex tradidit ad idem monasterium -- Data XI. Kal. Maji An. 956.*

9.) Praeceptum Regis Ludovici II. Jun. de libertate loci et electione libera in Gandersheim in Leibnitii T. II. p. 372. *Hludovicus, divina favente gratia Rex. -- Quapropter noverit, omnium fidelium -- industria, qualiter Brun et Otto nostri fideles Comites -- tradiderunt nobis -- monasterium -- Gandesheim, quod Liutolf, genitor eorum, in primis aedificare coepit -- et cui Gerbirg, soror eorundem Comitum, sanctimonialibus foemivis praesse videtur; eo videlicet rationis tenore, ut praefatum monasterium regio sublevaretur munimine. -- Unde per hoc nostrae auctoritatis praeeptum decernimus au-
jube-*

*jubemus, ut - sanctimoniales foeminae desideratam - electio-
nem obtineant, atque imperialem in eunctis rebus - - teneant
immunitatem. - - Data VII. Kal. Febr. ind X. An. Incarn. Dom.
DCCCLXXVII. Anno I. Hludovici Serenissimi Regis in Orient.
Francia regnantis. Actum Franconofurt.*

TANGMARVS in vita Berwardi c. XIII. in Leibnitii T. I.
p. 446. Praeerat autem Domna Gerburgis congregationi vi-
ginti duos annos, positaque est in nova ecclesia juxta Domnam
Hathumodam, sororem ejus.

HROSWITHA loc. c. ap. Leibn. p. 328. et Leuckfeld p. 423.

Postquam bis denos binos quoque praefuit annos

Officio vice Rectricis perfuncta prioris,

Deposito fragilis mortali pondere carnis

Factori statum reddebat, ab aethre receptum;

Orbatumque sui dimisit ovile sorori

Christinae procurandum, sancteque tuendum.

IO.) CHRONICON EP. HILDESH. in Leibnitii T. I. p. 743.

*Hic (Wichertus.) Gherberga abbatissa defunctu sororem
ejus Christinam instituit ibidem.*

TANGMARVS loc cit. p. 447. Sed et ipsa Christina sex
tantum annos matri supervivens felici decessu migravit
ad Dominum.

HROSWITHA loc. cit. ap. Leibn. p. 330. et Leuckfeld.

p. 426.

Nec Christina suis, quae sola remansit alumnis

Iam tunc infantis grandis dulcedo doloris,

Plus quam bis ternos post matrem vixerat annos.

11.) AGIVS in dialogo de obitu Hathumodae l. c. p. 23.

Enda soror, quae jam fuerat conjuncta marito,

Quod minus ipsa tenet in sobole illud habet.

12.) AGIVS ibid. p. 23.

Una soror terni fratres obire tenelli

Quod fore hos ipsos approbat innocuos.

Sobolis

Sobolis sepultae in templo monasterii Herfordiensis meminit VFFINGVS in vita S. Idae, c. IX. ap. *Leibnit.* T. I. p. 174. *Praeclari Comitis Ludolphi amabilis soboles, dum adhuc in albis ab hac luce raperetur, ad eandem ecclesiam defertur.*

13. et 14.) VITA MATHILDIS c. I. in *Leibnitii* T. I. p. 193. *Major natu vocabatur Thancmarus, et alter Henricus.*

WITICHINDVS Annal. Lib. I. ap. *Meibom.* T. I. p. 635. *Erant illi (Otoni) et alii filii, Thancmarus et Luitolfus, ante patrem suum obierunt.*

Occasione huius Ludolphi celeberrimus Gundlingius in *Gundlingianis* P. XXXIV. p. 363. probare annititur, illum neque caelibem, neque liberis carentem, obiisse, sed reliquisse filium Ekkehardum, idque facit ex verbis WITICHINDI Annal. Lib. II. p. 643. ubi dicitur *Ekkehardum, filium Luidolfi, aegre passum esse fortunam Herimanni.* Cum vero nec hoc satis ex his verbis probatum sit, nec adscriptus huic Ekkehardo filius, Ecbertus monoculus (de quo infra ad Tab. III. n. 10. plura dicemus) coaevorum Scriptorum testimoniis probari possit, merito huic sententiae assensum denegamus.

15.) DITMARVS Lib. I. in *Leibnitii* T. I. p. 324. *Hic nobilissimo Otonis et Hathui stemmate editus, ut arbor excultra excrevit a puero, et in bonae indolis gradatim enituit viro, sicut flos in vere novo.*

WITICHINDVS Annal. Lib. I. ap. *Meibom.* T. I. p. 635. *Patre patriae, et magno Duce Ottone, defuncto, illustri et magnifico filio, Henrico, rotius Saxoniae ipse reliquit Ducatum.*

HEPIDANVS ad An. 913. in *Goldasti* T. I. Script. rer. Aleman. p. 10. *Chuonradus Rex obiit ante natale Domini. Henricus Saxo rex electus est.*

CHRONICON LOBIENSE MScript. Cl. Schannat. in Vindic. Archivi Fuldens p. 87. *DCCCCXIX. Henricus fit Rex.*

Ergo

Ergo auspiciam Henrici Regis recte figitur in An. 919. Teste enim MARIANO SCOTO ad An. 918. p. 447. et NECROL. FVLDENSI apud Schannat. l. c. p. 85. *Conradus rex obiit X. Kalendis Ianuarii. Anno. 919. congregati Principes Saxonum et Francorum Henricum designaverunt Regem. Annum notatum confirmant LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS, ANNALES HILDESHEIMENSES, et CHRONOGRAPHVS SAXO. Designationem Regiam factam fuisse ante d. 10. Martii indicant notae temporis, quae in fine Diplomatum Regis Henrici leguntur. In SCHANNATI Cod. probat Hist. Fuld. p. 141. Data III. Non. Aprilis anno incarnat. Domini DCCCCXX. Ind. VII. Anno vero regni gloriosissimi Regis Henrici primo. In SCHATENI Annal. Paderborn. T. I. p. 258 d. X. Kalendas Martias anno incarnat. Dom. DCCCCXXII. itemque gloriosissimi Regis III. Indict. X. In SCHANNATI Corp. Tradit. Fuldens. p. 231. Die X. Kalend. Iulii, anno incarnat. Domini DCCCCXXIII. Indict. X. anno vero regni gloriosissimi Regis Henrici IV.*

FRODOARDVS in Chronico ad A. 936. in du Chesne T. II. p. 602. *Henrico Rege subiusdem diebus obeunte, contentio de regno inter filios ipsius agitur.*

DITMARVS Lib. I. p. 328. *Post innumera virtutum insignia, idem decurso vitae suimet stadio, sexto decimo regni, aetatis autem suae sexagesimo anno, sexto Non. Iulii in Miminleue moritur, et in Quedlinburg, quam ipse a fundamento construxit sepultus. -- -- Accidit hoc anno incarnat. Dom. DCCCCXXVI.*

NECROLOGIVM FVLDENSE in Schannati Cod Probat. Hist. Fuldens p. 472. DCCCCXXVI. VI. Non. Iul. Cunolt pr. et mon. in eod Kal. HEINRICH Rex.

AVCTOR VITAE MATHILDIS Reginae cap. IV. n. 21. in Leibnitii T. I. p. 202. *Nec hoc silendum esse censeo, quare tali reverentia custodiret Sabbatum, primo quidem propter vigiliam Dominicae resurrectionis, dehinc quia venerandi Regis Henrici anima in eadem die de corpore soluta est.*

B

16.) DIX

16.) DITMARVS Lib. I. p. 325. Cujusdam matronae famam, quae Hatheburg dicebatur, Henricus comperiens, qualiter eam sibi sociaret, juvenili exarsit amore. Haec erat filia Ewini senioris, qui in urbe, quam antiquam civitatem nominamus, maximam tenuit partem, et quia is filium non habuit, geminis filiabus suis e medio decedens reliquit. Ob hujus pulchritudinem et haereditatis divitiarumque utilitatem, internuntios Henricus quam prope misit, et quamvis hanc esse viduam sciret velatam, suae tamen ut satisfaceret voluntati, eam fide promissa petiit. Tunc illa multorum precibus et consilio devicta, comitatur, honorifice suscepta ac charitative a suis, ut decuit, est habita. Nuptiis ex more peractis, sponsus cum conthorali ad Merseburg venit, omnesque convocans vicinos, quia fuit vir illustris tanta familiaritate adjunxit, ut quasi unicum diligerent, et ut Dominum honorarent. et p. 326. Mens Regis ab amore uxoris decrescens ob pulchritudinem et speciem cujusdam virginis, nomine mathildis, secreto flagra-
vit.

17.) ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 911. Natusdemum filio Tamnone, vel Tancmaro ab Hatheburgae amore destitit, et cujusdam virginis, Mathildis nomine, amore secreto flagrans se injuste connubio professus est.

VITA MATHILDIS Reginae, jussu S. Henrici Imperatoris pronepotis scripta c. I §. 4. in Leibnitii T. I. p. 194. A posteris -- ejusdem Witichini egregii Dacis, (in occidentali regione) processu stirps -- Mathildis cujus pater, nomen Thietricus, in occidentali regione Comes fuerat gloriosus, et venerabilem Reinhildam, Danorum Fresonumque germina procreatam -- sibi met adjunxerat conjugem -- Cum illa frus parvula esset ablactata; desideravit abbatissa Mathilda, mater Thietrici Comitis, quae in Herivordiensis sede praesedit Abbaciae, praefatam puellam nutriendam suscipere. et §. 5. ibid. Cum autem ubique divulgaretur virtus illius laudabilis,
etiam

etiam pervenit ad aures praeclari Ducis Ottonis, qui statim misit suum Comitem Thietmarum, ad haec exploratum. et infra: Ornamentis honeste paratis, quae congrua erant desponsationi virginis, sequenti die Henricus secum duxit venerabilem virginem in partes Saxoniae. Tunc circumducebatur per civitates egregii Ducis Ottonis, a Comite Thietmaro et militibus caeteris, donec in Walchhusen praeparabatur convivium nuptiale, magno honore, uti decuit illos, qui postea imperabant gentibus plurimis: ibi perfruebatur connubiis, et licito foedere amoris -- Ipse venerabilis Otto enutrivit eam in vice filiae usque ad obitum suae vitae. Tribus autem annis posthaec transactis vir venerandus mortem subiit temporalem, et Dei orinatione Henricus Ducatus percepit honorem. et c. VI. §. 32. p. 208. Cum pace et requie Mathildis obdormivit in Domino II. Idus Martii Quedlinburgi, et §. 33. Sepelierunt corpus in Basilica S. Servatii juxta sepulchrum Regis Henrici.

In parentibus et nuptiis Mathildae suffragantur WITICHINDVS Lib I. p. 638. et DITMARVS Lib I. p. 326.

NECROLOGIVM FVLDENSE in Schannati Cod Probat. Hist. Fuldens. p. 474. DCCCCLXVIII. Mathild, Regina II. id. Martii.

Conf. CHRONOGRAPHVS Saxo ad h. A. p. 316.

18. et 19.) WITICHINDVS Annal. Lib. I p. 635. Nam cum bellum esset Conrado, Regis Conradi patri ex Adelberto, Henrici ex sorore nepoti.

ANNALISTA Saxo Eccardinus ad An. 902. His temporibus Adelbertus, magnus heros, cujus pater Henricus Dux, mater Baba dicebatur, idemque filius sororis Heinrichi, postea regis, nepos vero, Ottonis, Saxonum Ducis, -- totum regnum inimicitiiis turbavit.

Sed obstare his testimoniis rationes Chronologicas accurate observavit Eccardus in Praefat. ad Hist. Geneal. Princip. Sax. infer. §. XVI. p. 12. Nam cum pater hujus Adelberti, Henricus

ricus Comes, Marchensis Francorum, et Dux Neustriæ, frater Popponis, Ducis Thuringiæ. vid. ANNALES FVLDENSES ad A. 882. et 887. in proelio cum Normannis, Lutetiam Parisiorum obsidentibus occisus fuerit 886. d. V. Kal. Sept. vid. NEROL. FVLDENSE ap. Schannat. c. I. p. 470. ANNALES FVLDENSES. ad h. a. et Regino ad A. 887. minime fieri potuit, ut filiam Ottonis Ducis Saxoniae ex Hathwida circa A. 873. in thorum adscita genitam, uxorem habuerit. Neque hic sufficit auctoritas Witichindi, quippe qui frequenter fabulatur in genealogiæ eo argumento. Eccardus ergo autumat, a Witichindo Henricum patrem, et Henricum filium, An. 902. caesum, inter se permutatos fuisse.

20.) WITICHINDVS Annal. Lib. I. p. 641. *Qui autem in Oriente remansit exercitus, audivit de sorore regis, quae nupsit at Widmi Thuringo (erat namque illa ex concubina nata) quia vicinam urbem inhabitaret, et multa pecunia ei esset auri et argenti, unde tanta vi urbem expugnare coeperat, ut nisi nox visum pugnantibus impediret, urbem caperent.*

21.) WITICHINDVS Lib. I. p. 644. *Illo tempore defunctus est Sifridus Comes, cuius ditionem cum sibi vindicasset Thancmarus, et quod propinquus ei esset (nam mater eius filia matererae erat Sifridi, de qua genuit Rex Henricus Thancmarum) et regali dono cessisset Geroni Comiti, afflictus est Thancmarus tristitia magna, et p. 645. Thancmarus fugit in ecclesiam a Leone Papa beato Petro Apostolo dedicatam. Exercitus autem persecutus est eum, usque in templum, et maxime satellites Henrici, dolentes ac vindicare contendentes, nec veritatem januas ferro incidere, cum armis ingressi sunt sacram aedem. Thancmarus autem stabat iuxta altare depositis desuper armis cum torque aurea. Cumque ex adverso telis urgeretur, Tharboldus quidam, nothus Cobbonis, cum conviciis ei vulnus inflixit, illicoque ab eo recepit, quo vita cum terribili insania in brevi carnis-*

caruisset. Quidam autem militum Mainzica vocabulo, per fenestram altari contiguam lancea a tergo perfossam ibi secus aram extinxit Thancmarum.

CONTIN. REGINON ad A. 939. In hac eadem tempestate Danemar frater regis ex concubina, rebellans Mevesburgo castello occiditur, aliique sequaces ejus truncantur, aut suspenduntur.

23. 24. et 25.) VITA MATHILDIS Reginae c. V. §. 27. in Leibnitii T. I. p. 205. In hac civitate (Northusa) . . . nata est soror vestra Gerbirg.

Reliqua ad hos numeros pertinentia testimonia adducta habes in DOMINI PRAESIDIS Diff. Geneal. de Fam. Aug. Carolingica Tab. VII. n. 23. 26. et 27. p. 97.

27.) Traditio Folckmato, Abbati Corbejensi, facta ab Sigefrido Comite a Meibomio edita in Not. ad Chron. Corbej. in T. I. Script. p. 759. Folckheimarus, novae Corbeigae indigus Abba . . . Idcirco universitati vestrae notum fieri volumus, qualiter Comes quidam Sigefridus nomine . . . tradidit haereditatem suam ad monasterium nostrum in pago Hartgo, in loco, ejus vocabulum est Westergonigen, sito juxta fluvium Rode . . . pro rege gloriosissimo videlicet Hinrico, cum Serenissima Mathilda, et regia prole, Oddone Hinrico, Brun, Gerbego, Hathuwin, nec non et pro seipso . . . Actum novae Corbeigae A. Incarnat. Dom. DCCCCXXXVI. VII. Kal. Junii, i. e. postridie Urbani, indict. IX.

RVOTHARDVS in vita Brunonis Archiep. Colon. Cap. II. in Leibnitii T. I. p. 274. Natus eo tempore, pater ejus Henricus Rex gloriosus perdomita barbarorum saevitia, represso etiam intestinae cladis periculo: diruta magno studio reaedificabat, et volentem populum justitiae frenis intutissima et optatissima demum pace regebat.

VITA MATHILDIS cap. II. n. 7. in Leibnitii T. I. p. 196. Brun, aetate mi nimus, (filiorum ejus) sed honestate morum haud

laud infimus, in annus puerilibus scholasticae deditus censuræ
(A. 936. cum pater moreretur.)

ANNALES CORBEIENSIS ad A. 942. in Leibnitii T. II.
p. 300. *Otto Rex ad petitem Brunonis, fratris sui, tunc*
Monachi Corbeiensis, monasterio nostro multa confert.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 953. Eodem anno
Wicfridus, Coloniensis ecclesie Archiepiscopus, obiit, cui Bruno,
frater Regis, vir gloriosus, in Episcopatu succedens, totius Lo-
thariensis regni Ducatum et regimen cum Episcopatu suscepit.

FLODARDVS ad A. 953. *Bruno, frater Regis Ottonis,*
Coloniae Pontifex ordinatus, cui etiam Rex Otto Regnum Lotha-
riense committit.

DITMARVS Lib. II. p. 335. *Imperator fratri suimet*
Domino Brunoni -- mortuo Agrippinae sedis provisorio Wig-
frido, episcopatum ejusdem Ducatumque in super regni dedit Lo-
tharii.

RVOTHARDVS in vita ejusd. Cap. XL. p. 288. *Solempni*
die Beatorum martyrum Gereonis et Sociorum ejus (d. 10. Octobr.)
jam vergente, subito mentis excessu raptus -- et in media nocte
transacta -- mox inter psallentes --- spiritum exhalavit --
Corpus ejus exanime -- eodem die, i. e. V. Iduum Octobris --
ejus Comites levatum in feretro transferentes octavo postea die
ad -- Coloniã pervenerunt -- et cap. XLIII. p. 289. sepultus
est in ecclesia beator. martyrum XIV. Kal. Novembr.

CALENDARIVM DEFVNCTOR. COLONIAE in not. Joh. Mo-
lani ad Visuardi martyrolog. ad d. XI. Oct. *Obiit Dominus Bru-*
no, pius pastor Sanctae Coloniensis ecclesiae.

SIGEBERTVS Gemblac. ad A. 965. *Bruno, Dux et Ar-*
chiepiscopus, in Franciam pergens ad pacificandos Nepotes suos,
Lotharium Regem et filios Hugonis, ubi Compendium venit, febre
correptus, Remis redit, ibique mortuus est.

NECROLOG. FVLDENSE, l. c. p. 474. *DCCCCLXV.*
Brun, Archiepiscopus, V. Idus Octobr.

28.) WITICHINDVS Annal. Lib. I. p. 638. *Alium quoque filiam genuit, quae nupsit Hugoni Ducis.*

WILH. NANGVS in Continuat. Frodoardi in du Chesne T. II. p. 627. *Qui Henricus -- de Mathilde genuit primum Athonem imperatorem, et duas filias Gerbergam, uxorem Ludovici Regis -- et Harvidam, matrem istius Hugonis Capucii.*

Conf. Traditio Sigfridi Comitis in n. 27. et Probationes in DOMINI PRAESIDIS Diss. de Fam. Aug. Caroling ad Tab. I. n. 38. p. 16.

PROBATIONES
AD TABVLAM II.

FAMILIAE AVGVSTAE SAXONICAE.

I. **H**ROSWITHA in Carm. de Construct. Ganderh. in Leibnitii T. II. p. 329. et Leuckfeldii Antiquit. Ganderh. c. XXX. p. 426.

*scilicet ante dies octo, totidem quoque noctes,
Quam Ducis occasus miserabilis accidit hujus,
Ipsius nato, Regi quandoque futuro
Nascitur Henrico famosis filius Oddo.*

VITA MATHILDIS cap. II §. 7. in Leibnitii T. I. p. 195. *Otto praeclarus ante regalem dignitatem procreatus, natu fuerat maximus (filiorum Mathildis.)*

WITICHINDVS Lib. II. p. 642. *Defuncto itaque patre patriae et regnum opito maximo, Henrico, omis populus Francorum et Saxonum jam olim designatum regem, a patre filium ejus Oddonem, elegit sibi in Principem. Universalisque electionis notantes locum, iusserunt esse ad Aquasgrani palatii.*

DIEMARVS Lib. II. p. 331. *Hunc Hillibertus Moguntinae cura cathedrae cum licentia Wigfridi, Sanctae Sedis Colonienfis Archiepiscopalis, in cujus dioecesi hoc fuit, et auxilio Trevirensis bene-*

benedixit, Anno Dom. Incarnat. DCCCCXXXVI. in ecclesia S. Mariae semper Virginis, quam cum omni diligentia construxit Magnus Carolus.

Inaugurationem Regiam celebratam fuisse mense Julio A. 936. colligitur ex Subscriptione Diplomatum Ottonianorum collectorum a Meibomio T. II. Scriptor. p. 740. *Data II. Kal. Julii A. D. 937. Indict. X. anno regni Ottonis piissimi Regis II. et ibid. alia Confirmatio: Data VI. Idus Augusti, Indict. X. A. D. I. 937. Anno autem Ottone regnante II.*

HERMANNVS CONTRACTVS Canisii ad A. 961. *Otto Italiam cum exercitu petiit.*

Ejus coronationis Italicae pompam enarrat LANDVLPHVVS Senior *Hist. Mediol. Lib. II. c. 16. in Muratorii Script. Italic. T. IV. p. 79.*

CHRONICON REGVM ITALIAE A. 1028. scriptum ibid. p. 149. *Regnaverunt Berengarius et Adalbertus, filius ejus, simul annos XI. deinde venit primus Otto in Italiam, et privavit regnum eorum Berengarium et Adalbertum, et fuit translatum ad Imperatorem, et imperavit annos XI. et menses III. et dies VI. antequam ejus filius Otto fuisset et Imperator.*

Recte omnia fluunt. Berengarius Rex Italiae factus est A. 950. CHRONICON NOVALICIENSE enim in du Chesne T. III. ad h. a. *Post mortem horum Regum (Hugonis nempe et Lotharii) regnavit Berengarius cum filio suo Adalberto die Dominica, quae est quinta decima dies mensis (Decembris) in civitate Papiae ad absidam St. Michælis praelecti sunt Reges, ut praeessent Italiae.*

CONTIN. REGINON. ad A. 962. *Rex Natalem Domini celebravit, indeque progrediens, Romae favorabiliter susceptus, acclamatione totius Romani populi et cleri, ab Apostolico Johanne filio Alberici, Imperator et Augustus vocatur et ordinatur.*

LAMBERTVS SCHAFFNABVRG. ad A. 962. *Otto Rex perrexit, Romam, eumque Johannes Papa gratanter suscipiens, honorifice*
supra

supra cathedram Augustalem posuit, et benedictione atque consecratione sua Imperatorem fecit.

DIIMARVS Lib. II, p. 340. Ex in tertia feria ante Pentecosten ad Mimmeleben veniens, postera die ad mensam laetus sedebat. Qua finita cum jam vespera cantaretur, infirmari coepit et inclinare. Quem, qui adstabant, proxime suscipientes, deposuerunt, refocillatusque celeriter, divino viatico orantibus, pro ejus exitu cunctis, debitum persolvit naturae Non Maji, IV. Feria. Sequenti vero nocte viscera ejus soluta in ecclesia S. Mariae sunt tumultu; corpus autem ejusdem, aromatibus conditum, ad Parthenopolin translatum, ibique honorabiliter ac lacrimabiliter susceptum, marmoreque impositum, sarcophago sepultum est ab Archiepiscopis Gerone et Adelberto. --

NECROLOG. FVLDENSE ap. Schannat. c. I, p. 474. DCCCCLXXIII. Otto Imperator Non. Maji.

2.) HROSWITA in Panegyri Oddonum in Mcibom.

T. I. p. 712.

Henrico placuit -- " --
 Vt vitae calidas sospes dum carperet auras
 Ipse suo primogenito, regique futuro,
 Oddoni, dignam jam desponsaret amicam,
 Quae propriae proli digne posset sociari.
 Hanc non in proprio voluit conquirere regno,
 Trans mare legatos sed transmisit bene cautos
 Gentis ad Anglorum terram sat deliciosam,
 Demandans, ut continuo (tardamine misso)
 Eduardi Regis natam peterent Eaditham,
 Quae patre defuncto jam tum residebat in aula
 Fratris suo regni sceptrum gestante paterni.

Et p. 713.

Aspecto primo sed mox Eadith veneranda
 Iure placens cunctis habitu summae bonitatis,
 Regali natu censetur congrue digna.

C

HENRI-

HENRICVS MALMESBURIENSIS, f. 51. *Editham, frater Ethelstani Hugone; Edgittam et Elgisam idem germanus misit Henrico, Alemannorum Imperatori, quarum secundam Ottoni, filio, ille locavit; alteram cuidam Duci juxta Alpes --- Henricus primus Rex Teutonicorum --- sororem Ethelstani filio Ottoni exposulavit, tot in circuitu regibus praetermissis, progeniei generositatem et animi magnitudinem in Ethelstano e longinquo conspicatus --- Quare perpenso consilio, quod quatuor sorores haberet, in quibus praeter aetatis discrimen, nihil de formae gratia diffideret: duas postulanti compromisit.*

CHRONICON QVEDLINBURGENSE ad A. 929. in Leibnitii T. II. p. 279. *Otto Rex Editham, filiam Regis Anglorum, (Eduardi) matrimonio sibi jungendam Saxoniae advexit.*

NECROLOG. FULDENSE loc. cit. p. 473. DCCCCXLVI. *Herzid regina VII. Kal. Februarii.*

DIIMARVS Lib. II. p. 331. *Otto conjugem suam, Editham, --- quam patre suo adhuc vivente duxerat, consecrari praecepit --- fuit haec cum viro suo X. et IX. annos, et ordinationis suae obiit XI. VII. Kal. Februarii, unicum relinquens filium, nomine Luidolfum: --- sepultaque est in civitate (Magdeburgensi) in majori ecclesia, in oratorio aquilonari.*

3.) LVITHPRANDVS Hist. Lib. IV c. 6. *Brugundinorum --- rex Rodulfus mortem obiit, cujus viduam, nomine Bertam, Rex Hugo --- maritali sibi conjugio sociarat. Sed et filio suo, regi Lothario, Rodulfi et ipsius Bertae natam, nomine Adelheidam --- conjugem tulit.*

ODILO in vita S. Adelheidis c. I. in Leibnitii T. I. p. 262. *Lothario ante annum circiter tertium, postquam Dominam Adelheidam duxerat, defuncto remansit ipsa viduata viro, destituta maritali consilio.*

CONTIN. REGINON. ad. An. 951. *Rex Otto in Italiam ire volens multo se ad hoc iter apparatu praestruxit, quomodo Adelheidam, viduam Lotharii, Regis Italici, filiam Rudolphi,*

phi, a vinculis et custodia, qua a Berengario tenebatur, liberare, sibi que eam in matrimonium assumere, regnumque cum ea simul Italicum acquirere posset, delibravit . . . Sed et Domina Adelheid, Deo amalibus regina, sua ipsius prudentia a custodia est (Deo propitio) liberata, et Ottoni, Regi, felici, Deo auspicante, copula conjuncta.

DITMARVS Lib. II. p. 333. Otto insuper benedictionem a Domine Apostolico Iohanni . . cum sua conjugē, anno regni ejus XXIX. promeruit imperialem.

NECROLOG. FULDENSE ap. Schannat. cit. loc. p. 477. DCCCCXCIX. Adalheid Imperatrix XVII. Kal. Ianuarii.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad An. 999. Interim urbem, quae Celsa dicitur, aedificans, collectis ibi monachis, omnibusque perfectis emeritae admodum aetatis ad eum, quem semper sitiverat, XVI. Kal. Ian. remuneranda migravit, atque in Basilica Salisensi, quam ipsa in honore Apostolorum Principis construxerat, honorifice sepelitur.

4.) Probationes vide n. 17. hujus Tab. II.

5. et 6.) WITICHINDVS Annal. Lib. III. p. 651. Facto testamento creavit Regem post se. Ipse autem tener adhuc erat adolescens, aetatis non amplius habens, quam sedecim annos.

Reliqua hos numeros probantia testimonia Scriptorum jam recensita vides in DOMINI PRAESIDIS Diss. de Fam. Aug. Francon. ad Tab. I. n. 16. et 17. p. 7.

7.) CONTIN. REGIN. ad A. 949. Eodem anno Liudolfo filio regis Mathildis filia nascitur.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad An. 1011. Obiit -- Mathildis abbatissa, filia Liudolphi, filii Ottonis M. Imperatoris.

CHRONICON QVEDLINBURGENSE ad A. 1011. in Leibnitii T. II. p. 288. Abstulit et de regali stemmate gemmam, Mathildam Abbatissam, Liudolfi filiam.

8.) CONTIN. REGINON. ad A. 954. Liudolpho filius. Otto nascitur.

HERMANNVS CONTRACIVS ad A. 973. *Burchardus Dux obiit, pro quo Liutdolfi filius, Otto, regnavit.*

LANBERDVS SCHAFFNABVRG. ad A. 976. *Otto, Imperator perrexit ad Baiuariam, atque Henricum Ducem expulit, Ottonique Ducis Baiuariam commendavit, et ad. An. 982. In illo proelio Idus Iulii occisi sunt milites fortissimi -- Udo, Gebehardus, Guntherus, Bertholdus, cum aliis multis, et Otto, Dux, atque Wernher, abbas Fuldenfis.*

NECROLOG. FVLDENSE loc. cit. p. 475. DCCCCLXXXII. *Vto Dux.*

9. et 10.) Numeros hos illustratos habes in DN. PRAESIDIS Diff. de Famil. Aug. Franconica ad Tab. II. n. 2. et 3. p. 10. et 11.

11. et 12.) CHRONICON S. MICHAEL. HILDESH. in Leibnizii T. II. p. 115. *Adelheidem reginam sibi matrimonialiter copulavit, ex qua genuit tres filios, Henricum, Brunonem, et Ottonem Rufum.*

WITICHINDVS Annal. Lib. III. p. 653. *Nati sunt autem regi filii ex serenissima regina, primogenitus Henricus, secundus Bruno, tertius Otto, paterni nominis maiestate designatus, quem jam post patrem, dominum atque Imperatorem uniuersus sperat orbis.*

NECROLOG. FVLDENSE loc. cit. p. 473 DCCCCLVII. *Brunn, parvulus filius regis, VI. Idus Septembr.*

13.) CONTIN. REGINON. ad An. 955. *Otto filius regi nascitur.*

RVOTGERVS in vita Brunonis, Cap. XXXVI. in Leibnizii Tom. I. pag. 286 *Erat Imperatori filius adhuc tenellus, delicatissimae indolis, et integerrimae voluntatis, obses pacis, et gloriae plebis, hunc Archiepiscopis, patruo, fratrique commendatum ad custodiam regni Cisalpini reliquerat Imperator, profecturus Romam. et res totius Italiae ordinaturus. Caesar ipse futurus electum summo consensu ab omni populo regem esse constituit.*

unxe-

unxeruntque Ottonem, aequivocum patris, Bruno Archiepiscopus, Wilhelmus et Heinricus, caeterique sacerdotes Domni Regem in Aquisgrani palatio.

CONTIN. REGINON. ad A. 961. Rex in Italiam ire disposens maximam suorum fidelium multitudinem Wormatae condunavit: ubi consensu et unanimitate regni procerumque totiusque populi, filius ejus, Otto, Rex eligitur. Indeque procediens convenientia quoque et electione omnium Lothariensium Aquis Rex ordinatur.

CHRONICON LOBIENSE MSc. in Schannati Archiv. Fuld, vindicat. p. 91. Dominus noster Otto, aequivocus patris, confers paterni regni ascitur, et septiformi gratia Spiritus Sancti donatur in Palatio Aquensi, septem hebdomatibus a Pascha transactis, die Pentecostes, et hora, qua Spiritus Sanctus super discipulos venit VII. Kal. junii, Luna VII. aetatis VII.

LAMBERTVS SCHAFFNABVRG. ad A. 967. Otto Imperator misit legatos suos ad Wilhelmum, Archiepiscopum, et alios Principes ut Ottonem, Filium suum, cum omni dignitate regali ad Italiam mitterent, quem ipse suscipiens Romam perduxit, ut Papa, Johannes posterior, Imperatorem faceret, quod et libenter fecit.

Imp. OTTO I. in Epistola ad Hermannum et Thiadericum, Duces, in Witichindi Lib. III. p. 661. Filius noster in natiuitate Domini coronam a beato Apostolico in imperii dignitatem suscepit. Scripta XV. Kalend. Febr. in Campania, juxta Capuam.

DITMARVS Lib II. p. 333. Aequivocus Imperatoris iunior, inquam Otto, quem peperit inclita mater Adelheidis, in Natiuitate Domini, Romae Imperator effectus.

NECROLOG. FYLDEN. l. c. p. 475. DCCCCLXXXIII. Otto Imperator Augustus, VII. Id. Dec.

DITMARVS Lib. III. fin. p. 347. Imperator cum Romam veniret, relicta matre sua, venerabili in Papia civitate, graviter infirmatus - VII. Idus Decembr. ex hac luce subtra-

ctus est, terraequa commendatus, ubi introitus Orientalis Paradisi domus S. Petri cunctis patet fidelibus, et imago Dominice honorabiliter formata, venientes quosque stans benedicit.

14.) Constitutio dotis Imp. Ottonis II. pro conjugē Theophanu, in *Kewckfeldii* addendis ad Cap. VIII. Antiquit. Poel dens. p. 207. *Otto divina favente clementia Imperator Augustus -- Unde et ego Otto, superno numine Imperator Augustus, Domino gratissima sua mihi suffragante clementia, consultu magni et sanctissimi Genitoris nostri Ottonis, piissimi Imperatoris Augusti, denique et sanctae ecclesiae, imperii quoque nostri fidelium, Theophanu, Iohannis, Constantinopolitani Imperatoris, neptim clarissimam in maxima Romulea urbe, sancto summoque ecclesiarum principe, beato Petro Apostolo, votis nostris favente, Dominique Iohannis, sanctissimi et universalis Papae tertii decimi, benedictione prosequente, in copulam legitimi matrimonii consortiumque imperii despondere, ac fausto et felici auspicio Christo propitiante, Conjugem decrevi assumere. Noverit igitur omnium -- praesentia, qualiter eidem dilectissimae sponsae nostrae dote legitima -- quaedam tam infra Italicos fines, quam et intransalpinis regnis nostris habenda, et jure perpetuo concedimus possidenda -- Data XVIII. Kal. Maji, Anno Dom. Incarnat. DCCCCLXXII. Indict. XV. Imperi sanctissimi genitoris nostri Ottonis XI. Nostri vero V. Actum Romae.*

ANNALES HILDESHEIMENS. ad A. 972. in *Leibnitii* T. I. p. 719. *Otoni Imperatori juniore venit Imperatrix Romae de Constantinopoli XVIII. Kalend. Maji, octavo Paschae.*

ALBERICVS, Monachus trium Fontium P. II. ad A. 972. p. 19. *Otto, Imperator, Romae Otoni, filio et coimperatoris suo, neptem Iohannis, Constantinopolitani Imperatoris, Theophaniam nomine, a Iohanne Papa coronatam, in legitimo matrimonio copulavit.*

NECRO.

NECROLOG. FVLDENSE I. c. p. 476. DCCCCXCI. *Theophanu Imperatrix.*

DIIMARVS Lib. IV. p. 350. *Anno Dom. Incarn. 900. sol defecit Kal. Nov. - Insequenti anno, consummato in bonis vitae suimet cursu, in Numagen Theophanu infirmatur Imperatrix, atque ab hac vita XVII. Kal. Iulii discedit, sepulta ab Evergero, Sanctae Coloniensis ecclesiae Archiepiscopo, in monasterio S. Pantaleonis, quod datis impensis Bruno, Archipraesul ibi requisens construi praecepit, praesente fratre, ac multa pro remedio matris his confratribus largiente.*

15.) *Donatio OTTONIS I. Imperat. ad monasterium Quedlinburg, super Lipanum in Kettneri Antiquit. Quedlinburg. n. IX. p. 15. Otto Dei gratia Rex. Noverint -- fideles -- qualiter nos quasdam res nostrae proprietatis in Marca Lipani Hocsum, villas 6 -- ad monasterium Quedlinburg, in honorem S. Petri constructum, pro charissimae filiae nostrae, Mathildae, victu et vestitu perpetuo jure possidendas acceimus -- An. inc. Dom. DCCCCLVI. Indict. XIV, Ottonis XXII. Actum Quedlinburg.*

CHRONICON QVEDLINBURG. ad A. 955. in Leibniti T. II. p. 280. *Machtild, gemina praelucida e medio coronae imperialis, decori suis et gaudio cunctis nascendo enituit.*

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 966. *Eodem anno antequam rex iret in Italiam, Machtild, unica filia ejus, decus sanctimonialium, communi consensu cleri et populi, religiosissimae, congregationis S. Servatii in abbatissam electam est, ac praesentibus, patre Ottone Imperatore, et matre Imperatrice Adelheida, aviaque sua Machtilda regina, nec non rege Ottone, fratre suo, cunctisque optimatibus regionis illius utriusque sexus non uno, uti moris est benediciente Episcopo, sed cunctis regni Archiepiscopis, et Episcopis, in hoc opus collectis benedicta est.*

CHRONICON QVEDLINBURG. ad A. 999. l. c. p. 284. *Un-*

deci-

decimo ortus sui anno, metropoli sibi haereditariae, licet tantis impar oneribus, Imperatorum tamen consulto patrum, nec non communi electione Antistitum benedictione perpetua regendo praeficitur. --- Hisque ibi dispositissime ordinatis, oviculas, quibus singulari praeerat cura, adventus sui expectatione suspensas materna dilectione revisit, dignoque ab illis honore suscepta, pauculis posthaec superstes diebus, modica febre pulsata, inopinata cunctis, sed sibi metipso longe ante praevisa morte, quippe ad diem illum, et horam precibus assidue praevenire cupierat VII. Idus Februar. resoluta - corpusculo - gratulabunda reddidit, atque in medio Basilicae S. Petri et S. Stephani juxta tumulos regum, avi et aviae suae, Henrici et Mechthilais, reconditur.

NECROLOG. FULDENSE ap. Schannat. I. cit. p. 477. DCCCLXCIX. Mathild, abbatisa VI. Idus Februarii.

16.) WITICHINDVS Annal. Lib. III. p. 652. filiam quoque sanctae matris ejus vocabulo insignitam, de qua non praesumimus aliquid dicere, cum ejus claritas praecellat omne, quod dicere aut scribere valeamus.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 978. Adelheidis Imperadrix cum filia sua, Adelheidhe, abbatisa, profecta est in Italiam.

MONACHVS BRUNWILLERENS. in vita Ezonis et Mathildis cap. I. in Leibnitii T. I. p. 315. Palatinus Comes collectis suorum copiis Aside properat, venerabilem puellam, edicto regis, ad praesentiam vocat, fratre jubente, matre volente, eam suam fore enutiat. Amita vero ejus pertinaciter obstitit, sed sive ejus potestate, sive regia majestate territa cedit.

17.) DITMARVS Lib. II. p. 338. Wilhelmus, de matre quamvis captiva, tamen nobili et Salvonica, et ex rege praedicto Ottone) genitus.

CONTIN. REGINON. ad A. 928. Ea tempestate Ottoni, filio ejusdem regis, natus est filius Wilhelmus.

LAMBER-

LAMBERTVS SCHAFNABVRG. ad A. 954. *Fridericus, Archiepiscopus, Moguntiae obiit, cui Wilhelmus, filius regis, successit.*

DITMARVS Lib. II. p. 334. *Insuper Wilhelmus, sanctae Archipraesul. Moguntiae, cui cura ab imperatore, Domino summet et parente, commissa fuit, Parthenopolin disponendi, caeteraque regni necessariaregendi, cum aegrotantis reginae Mechtildis finem expectaret, in Redulvicrothe VI. Non. Martii moritur.*

EXCERPTA NECROL. FVLd. in Leibnitii T. III. p. 764. DCCCCLXVIII. *Domnus Wilhelmus, Archiepiscopus, VI. Non. Martii, ordinationis suae anno XIV.*

18.) Donatio OTTONIS II. loci Bilistadt, monasterio Gandersh. facta, in Leuckfeldii Antiquit. Gandersh. cap. XIV. p. 105. *Otto, divina clementia Imperator Augustus. Omnibus -- patere volumus, qualiter nos dilectae conjugis nostrae, Theophanu, Imperatricis Augustae, votum et interventionem sequentes, filiam nostram charissimam, Sophiam, nomine, Deo sanctaeque genitricis illius Mariae virgini, sanctisque Confessoribus Anastasio et Innocentio, quorum ecclesia in loco, Gandesheim nominato, honorifice constructa videtur, cui etiam Gerbirg neptis nostra, sub praesenti tempore venerabilis abbatissa, praesse dignoscitur, devoto animo obtulimus -- eidem ecclesiae ac praenarratis Sanctis, nec non virginibus Deo servientibus, ob nostri nominis et parentum nostrorum memoriam, in die oblationis ejus donantes nostrae proprietatis quendam locum, Bilistadt nominatum --- hac nostrae dominationes auctoritate ad integram praescriptae ecclesiae in proprietatem tradidimus --- Data V. Kal. Octobr. A. Dom. Incarn. DCCCCLXXVIII. Indiēt. VI. anno regni Ottonis II. XVIII. Imperii XII. Actum Bockweldon.*

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 988. *Wiligisus -- in hoc solo particulae temerarius fuit, quod suadente Sophia, sorore*

D

sorore Imperatoris, quae juvenili jactantia, et dignitate generis elata, a palligero tantum velari gestivit, eundemque locum sibi usurpare tentavit.

GOBELINVS PERSONA Cosmodrom. aetat. VI. c. 52. in Meibom. T. I. Scriptor. p. 255, Paderborne -- ab Archiepiscopo Moguntino Willigiso -- Sophia soror Regis abbatissa consecrationem in die beati Laurentii cum gaudio magno suscepit, Anno Domini MII.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 1039. Domina Sophia, venerabilis memoriae Gandersheimensis abbatissa, triduo ante purificationem S. Mariae obiit, sicque prophetiam S. Godehardi Deus liquido declaravit.

VITA GODEHARDI, Episcopi, c. VI. in fin. in Leibniti T. I. p. 449. Quae tamen (Sophia) incipiente sequenti anno, triduo ante purificatione S. Mariae, ex hac vita emigravit.

19.) ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 977. Ottoni Imperatori et Theophanu Augustae filiae nata est, quam nomine matris suae Imperatricis insignivit.

Nimirum quam Graeci Theophaniam appellarunt, Teutonici dixerunt Adelheidam. Ita in Diplomate de A. 974. in SCHATENI Lib. IV. Annal. Paderborn, p. 318. Ipse Imperator Otto II. conjugem suam Adelheidam vocavit.

DONATIO OTTONIS III. Imperat. ad eccles. Quedlinb. super Barby in Kectneri Antiquit. Quedlinb. p. 38. Otto superna favente clementia Rom. Imperator Augustus. Notum esse cupimus omnibus, qualiter nos sorori nostrae amantissimae, Adelheidi, venerabili abbatissae nostrae, proprietatis praedia, id est, quicquid habuimus in locis Burchwardis, Barobogi, Nirwanburg, Hilsroae, cum omnibus praedictorum utensilium locorum, liberali nostrae majestatis potentia in proprium donavimus -- Data VI. Kal. Maji Anno DCCCXCVIII. Indict. XII. Anno III. Ottonis regnantis XVI. Imperii III. Romae feliciter.

CHRONICON HALBERSTAD. ad An. 999. in Leibniti T. II.

T. II. p. 119. Praefatus Arnolphus tertio suae ordinationis anno Adelheidem, Quidelingheburgensis coenobii abbatissam, tertii Ottonis Regis sororem, in Festo S. Michaelis iterata electione, astantibus Episcopis, et Domina Sophia, sorore sua majore, et nepte sua (monasterii) Gernrodensis abbatissa Hattoviga, cunctis quoque regni primatibus utriusque sexus, coram Altari S. Petri Apostolorum Principis, et S. Stephani Protomartyris, honore congruo benedicit.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 1039. Huic (Sophiae) soror ejus Adelheit, Quidelingburgensis abbatissa, Imperatore, quam diu vivebat, renitente, sed filio ejus Henrico concedente, in Domino successit.

CHRONICON S. MICHAELIS Hildesh. in Leibnitii T. H. p. 79. Obiit Sophia, Imperatoris Ottonis II. filia, septima Gandersheimensium puellarum abbatissae in cujus locum ejusdem Imperatoris Ottonis filiam Adelheydin, unanimi consensu virginum electam confirmavit Episcopus. Praefuit annis VI. valedixit mortali huic vitae Anno Dom. Incarn. 1044. sepelitur in crypta sub choro condita.

20.) ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 980. Otto tertius Imperator futurus hoc anno natus est.

CHRONOGRAPHVS SAXO Leibnitianus ad A. 980. p. 191. Otto tertius, nominis ac culminis clausula Imperatorii, flosculi more purpurei ex illustris parti directo nascendo enituit.

DITMARVS Lib. III. fin. p. 347. Hujus inclita proles, nasa sibi in sylva, quae Kesil vocatur, in die proximo Natalis Domini ab Iohanne, Archiepiscopo Ravennate, et a Willigisa Mogunciacense, in Regem coronatur Aquisgrani, et completo hoc officio, mox legatus tristi nuntio, tanta perturbans gaudia, advenit.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 983. Imperator Veronae placitum habuit, et Henricus junior, filius Bertholdi, exilio solutus, Dux Bavariae constitutus est, patruelle Henrico, ad-

huc in custodia permanente. Filius Imperatoris, Otto tertius ab omnibus in Dominum eligitur.

VITA MEINWERCI, Ep. Paderbornensis, s. V. ap. Leibnizium T. I. p. 519. Otto II. Imp. Septimo Idus Decembris sequentis anni Dominicæ Incarnationis videlicet nongentesimo octogesimo tertio, regni sui decimo, indictione duodecima, obiit, et filium suum ejusdem nominis successorem, dereliquit -- Rex autem puer in proximo Natali Domini, ipsa sancta die, unctione Ioannis Ravennatis, Archiepiscopi Aquisgrani, Rex consecratus.

LAMBERTVS SCHAFNABVRG. ad A. 996. Otto, Rex, contra Crescentium Romam venit, ubi et Brunonem in sede Apostolica constituit, a quo et ipse Imperator factus est.

DIETMARVS Lib. IV. p. 353. In Ascensione Christi, quæ tunc erat XII. Kal. Iunii anno ætatis suæ XV. regni XII. Indiçt. VIII. ab eodem unctionem Imperialem percepit, et Advocatus Ecclesiæ S. Petri efficitur.

Legitur in Hundii Metrop. Salisburg. T. I. p. 139. traditio Frisingensis Imp. Ottonis III. Data XI. Kal. Iunii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVI. Indiçt. VIII. Anno autem III. Ottonis regnantis XIII. die imperialis consecrationis ejus. Actum Romæ feliciter. Sed mendum notarii in numero Kalendarum corrigendum ex Ditmaro. Paschatis enim dies, hoc in anno, erat dies XII. Aprilis. Hisce binis inter se conspirantibus testimoniis magis nitendum est quam ANNALIBVS HILDESHEIMENSIBVS in Leibnizii T. I. p. 721, qui dicunt ad A. 996. Ottonem III. in proximo solenni Pentecostes Imperatorem et Patritium consecratum fuisse.

NECROLOG. FVLDENSE I. c. ap. Schannat. p. 477. MII. Otto Imperator Augustus IX. Kal. Febr.

VITA MEINWERCI cit. loco s. X. p. 521. Cum se mori sensisset, ut corpus suum Aquisgrani sepeliendum transferret, petiit: et sic Paternum ingressus cum generali omnium dolore nono Kal. Febr. obiit.

DIT-

DITMARVS Lib. IV. p. 358. Dux vero cum his Augustanam attingens urbem, dilecti senioris intestina duabus lagunculis prius diligenter reposita, in Oratorio S. Praesulis Othabrici -- in australi parte monasterii S. Martyris Aesae, sepulturae honorabili tradidit. Et p. 359. Corpus cum ad Coloniam veniret, primum susceptum est ab Archiepiscopo ejusdem civitatis, Heriberto ad monasterium S. Severini post palmas, II. Feria ad S. Pantaleonem, III. defertur Feria ad S. Geronem, IV. die in Coena Domini ad S. Petrum portatur. -- VI. Feria illucescente funus elevatum ad Aquisgrani sancto perducitur in Sabbatho, die vero Dominica in ecclesia S. Mariae semper virginis in medio sepelitur choro.

21. et 22.) DITMARVS Lib IV. p. 360. Caesaris ejusdem soror Mathildi nomine, Herimanni, Comitis Palatini filio, Ezoni nupsit, et hoc multis displicuit, sed quia id non valuit emendari legaliter, tulit hoc unicus frater illius patienter, dans ei quam plurimam, ne vilesceret innata sibi a parentibus summis gloria.

MONACHVS BRVNWILLERENS. in vita Ezonis et Mathildis Cap. I. ap. Leibnitium T. I. p. 315. Mathildis sponsalium more annulo subarrhatur: in Brunovillre, praedio Comitis Palatini, nuptiae parantur, atque in ambobus a sacerdotibus Christi Patriarcharum benedictionibus completis, eundem ad locum non tam velociter, quam laetanter, festinatur. Et Cap. II p. 318. Instabat iam annus -- incarnationis scil. Domini millesimus vicestesimus quintus, cum Hezelinus comes illam -- (Mathildem) Aichezae ad suum accersitam convivium, omni, quo potest, honorificat obsequio -- Expleto convivii gaudio, levi mox inprimis corripitur febricula, cujus per singulos dies gravius ingravescente molestia, septimo tandem post eum die, quo aegra decubuit, accepto salutis viatico, reliquit suos lugentes et stentes -- Quibus cervices suas feretro subjicientibus, aliis ex sacro ordine psallentibus, aliis lampades et cereos praeferentibus, ad

*Brunsvilrense transfertur oppidulum; penitusque extenso de-
super tentorio infra monasterialis ambitus medium -- Donec
demum quarto die ab Archiepiscopo, infra ipsum tentorium, al-
sare in honore S. Mariae consecratum est, ante quod ejus cor-
pus venerabiliter humatum est, et Epitaphium supra eum hu-
jusmodi scriptum est:*

*Otto avus, Otto pater fuerant, huic Ottoque frater,
Sub quois Roma potens subdidit omne nocens.
Hae hujus tecti structrix, dux femina facti
Mathildt nobilius suscipit inde genus.
Arcitenens ipsam, quarto sub lumine fixam
Transtulit ad vitam; lucis in arce sitam,
Cui quod debemus, quia non implere valemus,
Tu fer solamen, Christe redemptor, Amen.*

*IDEM MONACHVS L. c. cap. II. p. 319. Post obitum religio-
sissimae conjugis suae; cum jam decimus annus instaret,
maximo suorum (ut semper) comitatu stipatus, ad suam pro-
vinciam Salaveldt profectus, et prolixiore ibidem tempore com-
moratus est et infirmatus, LXXX. prope annos aetatis suae
habens, congruo suae fidei, spei et operationi fine defunctus --
Corpus vero ejus ad dilectum sibi locum -- delatum; et ab Ar-
chiepiscopo supra dicto juxta corpus consortis suae devotissimae
Deo Mathildis sepultum est: et hoc Epitaphium supra ipsum de-
scriptum est:*

*Nomen Erenfridi tribuat super aethera scribi,
Nomine pro cujus structa stat ista domus.
Ad quod eum factum conjux clarissima tractum
Flexit, et haec obiit: liquit, et hic subiiit:
Cujus foecundi dederint cum pignora lumbi,
Subtraxit matris, quod daret hic Monachis,
Quem sub bis senis Gemini misere Calendis,
Qua favet ille domo, qui Deus est et Homo.*

23.) Mo.

23.) MONACHVS BRVNWILERENSIS l. c. l. p. 316. *Nati sunt eis (Ezoni et Mathildae) filii tres: Hermannus Otto, Ludolphus. Et c. III. p. 319. Otto filius ejus (Ezoni) qui erat aspectu venustus, statura procerus, affatu, jucundus, patriis rebus et honore dignus haeres substitutus et est. -- Et non multo post etiam frater ejus Hermannus, Pilgrino, Archiep. migrante, Conrado adhuc imperante, S. Coloniae Archiepiscopatum -- adeptus est, -- Archipraesule Hermanno, et fratre ejus Ottone, Comite Palatino -- cum -- in omnibus adjuvantibus. Et p. 321. Imperator (Henricus III.) autem majoris valens dignitatis gloria virum extollere, accepta ab ea insula S. Suviberti atque Duysburg, munificentiae gratia Suevorum ei committit Ducatum -- qui traditum -- gloriose gubernans, tertio -- ejusdem Ducatus anno, VII. Idus Septembris, immatura morte in Conabs, castro, diem clausit extremam.*

HERMANNVS CONTR. ad A. 1045. Otto, Palatinus Comes, Paschali hebdomada Dux Alamanniae apud Goslare a Rege constituitur, et ad A. 1047. Interea Otto, Suevorum Dux, qui provinciam sibi traditam pie ac strenue tertio in anno regebat, immaturo obitu diem clausit extremum.

24.) ALBERICVS in Chronico P. II. p. 68. ad A. 1037. Hermannus, Mathildis, sororis tertii Ottonis, filius, Coloniae ordinatur Archiepiscopus -- habuit fratres Ludolphum et Ottonem, Ducem Sueviae, de cujus linea descendit ille Lotharius, Dux Saxonum, qui fuit Imperator.

25.) CHRONOGRAPHVS SAXO in Leibnitii Access. Hist. p. I. p. 221. ad A. 1009. Idagenuit Geverhardum, Comitem, patrem Lotharii, Imperatoris.

OTTO FRISINGENS. Lib. VI. Chron. c. 34. Ceciderunt in hoc conflictu (juxta fluvium Unstrut) Gebehardus, pater Lotharii, qui postmodum Rex fuit.

MARIANVS SCOTVS ad A. 1075. p. 455. Inter innumera- biles in proelio (juxta fluvium, qui dicitur Unstruch) concurrentes, interiiit

interiit ibi Comes Gevehardus, pater Lutgeri, qui postmodum imperium assumpsit, qui etiam paucis diebus ante hoc proelium natus fuit -- hoc bellum consummatum est V. Idus Junii.

26.) Lotharii annum et diem natalem jam indicavit MARIANVS SCOTVS.

ANNALES HILDESHEIMENS. ad A. 1106. in Leibnitii T. I. p. 737. Dux Magnus Saxonum moritur, et Ducatus Liutgero de Supelingeburg commendatur. Et ad A. 1125. p. 740. Imperator (Henricus V.) Trajecti infra hebdomadam Pentecosten obiit, corpus ejus Spiram defertur. In festo S. Bartholomaei (d. 24. Aug.) omnes totius Imperii Principes Moguntiae conveniunt, omnes unanimiter Ducem Lotharium in Regem eligentes.

FVNDATIO MONAST. GOZECENSIS p. 234. Curia generalissima apud Mogunciam VIII. Kal. Sept. habita Ludgerus, Dux Saxonum, regni gubernacula suscepit: Lotharius nomen mutavit.

Incerti auctoris NARRATIO DE ELECTIONE LOTHARII IMP. in Eccardi Quatern. n. II. p. 49. Prima die Brixinensis electus -- in Episcopatum solemniter est ordinatus --- Convenientes igitur omnes regni principes -- decem ex singulis provinciarum principes consilio utiliores proposuerunt, quorum electioni caeteri omnes assensum praebere, promiserunt. -- Dux Lotharius sicut et pridie, ne ipse eligeretur ullatenus -- expetiit. Postera vero die congregatis in id ipsum Principibus -- Lotharius Rex fit, clamor exoritur, Lotharius rapitur, Lotharius humeris imponitur, et regis laudibus renitens ac reclamans, extollitur. -- Princeps vero quam plurimi mox, maximeque Bavvaricae provinciae Episcopi, --- sine Duce Bavvarico, qui aberat, nihil de Rege se deservire dicebant. --- Accito igitur Duce Bavvarico -- unanimi consensu ac petitione Principum jam primum Lotharius -- sublimatur in regnum.

DODECHI-

DODECHINVS ad An. 1125. p. 470. *Pro quo (Henrico V. Imperat.) Lotharius, Dux Saxoniae, tertio Calendis Septembris Moguntiae constituitur, et Idibus Septembris Aquisgrani cororatur a Friderico Coloniensi Archiepiscopo.*

CHRONOGRAPHVS SAXO Leibnitianus ad A. 1133. *Rex celebravit Natalem Domini in Italia apud castrum, quod dicitur Medicina - inde progressus sanctum Pascha celebravit ap. St. Flavianum, ac postea in Kal. Maji Romam veniens ad St. Iohannem in Lateravis a Papa et clero ac Romanis honorifice suscipitur, ibique Pentecosten celebrat. Ibidem, ergo per sex continuas ebdomas commoratus, tandem ex consilio et voluntate Principum - in praefata Basilica Constantini a Papa Innocentio Imperialem suscepit benedictionem cum conjuge sua II. Non. Iunii, die Dominica, quae tunc tertia exitit post solemnitatem adventus Spiritus Sancti. Et ad A. 1137. Imperator Tridentinam veniens - ibidem infirmari coepit. Dum vero cottidie languor ingravesceret, nec ob hoc iter suum intermisisset, tandem praevalente mortali infirmitate apud Bredovan, villam, in faucibus Alpium constitutam, II. Nonas Decembris a seculo migravit. Corpus ejus in Saxoniam perlatum, in sua propria Abbatia, quae Lutere nominatur, terrae commendatum est.*

INSCRIPTIO laminae plumbeae in ejus sepulchro A. 1618.

reperitae: LOTARIVS. DIGRA. ROMANORVM. IMPERATOR. AVGVSTVS. REGNAVIT. ANNOS. XII. MENSES. III. DIES. XII. JOBIT. AVTEM. II. NONAS. DECEMBRIS. VIR. IN XPO. FIDELISSIMVS. VERAX. CONSTANS. PACIFICVS. MILES IMPERTERRITVS. REDIENS. AB. APVLIA. SARRACENIS. OCCISIS. ET. EIECTIS. Vid. MEIBOMIVS in Not. ad Herlingsberg. T. II. Scriptor. p. 798.

27.) ALBERTVS STADENSIS ad A. 1113. *Luderus, Dux Saxoniae, accepit filiam Henrici, Crassi, et Gertrudis Comitissae,*

E

mitissae,

mitissae, nomine *Rikenzam*, quae peperit ei filiam *Gertrudem*, quae nupsit Duci *Bavvariorum Henrico*.

CHRONOGRAPHVS SAXO Leibnitianus ad A. 1141. p. 296. *Richeza*, Imperatrix, obiit.

Conferantur probationes n. 29. et 30. in Tab. III.

28.) CONRADVS VRSPERG. p. 209. *Lotharius* filiam *Gertrudim*, unicam quam, habebat, dederat uxorem *Henrico*, Duci *Bavvariorum*, fratri *Welfonis*, novissimi, quem nos vidimus.

CHRONICA REGIA CBLONIENS. in *Eccardi*. T. I. p. 931. ad A. 1143. *Donna Gertrud*, praedicta *Ductrix*, conjux *Henrici*, fratris Regis, ob difficultatem partus diem clausit extremum, et apud patrem et matrem, et priorem conjugem suum *Henricum*, cum moerore totius *Saxoniae*, sepelitur in *Lutheron*.

29.) DODECHINVS ad A. 1127. Rex in Feste *Pentecostes* apud urbem *Merseburg*, Duci *Bavvarorum*, filiam suam juxta regalem magnificentiam conjugio copulavit.

WEINGARTENSIS MONACHVS in Hist. de *Gwelfis Principibus*, in *Leibnitii* T. I. Script. c. XI. p. 786. (*Henricus primus Saxonum Dux*) missis legatis in *Saxoniam* ad deducendam sponsam suam, *Gertrudem* scilicet, filiam *Lotharii*, Imperatoris, optimates quosque *Bavariae*, et *Sueviae*, ad nuptias invitavit, quibus laute in plano juxta *Licum*, fluvium ultra *Angulstam* in loco, qui dicitur *Concio Legum*, in octava *Pentecostes* celebratas, eandem in partes istas adduxit.

DIPLOMA Ducis *Henrici Leonis*, in *Leuckfeld*. Antiquit. *Katlenburgens* p. 18. *Henricus*, D. Gr. Dux *Bavvariae* et *Saxoniae*, filius *Henrici*, Ducis *Bavvariae* et *Saxoniae*, et cognatialis ejus *Gertrudis*, filiae *Lotharii*, Imperatoris, et *Richinzae*, Imperatricis.

CHRONOGRAPHVS SAXO Leibnitianus, ad A. 1139. Facto colloquio in *Quidilingeburck*, *Henricus*, nobilissimus ac probissimus

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.

Main body of handwritten text, organized into several sections separated by horizontal lines.

Lower section of handwritten text, continuing the entries or notes.



FAMILIA AVGVSTAE SAXONICAE

TABLE III

1. The first column contains the names of the members of the family, and the second column contains the dates of their birth and death.

2. The third column contains the names of the members of the family, and the fourth column contains the dates of their birth and death.

3. The fifth column contains the names of the members of the family, and the sixth column contains the dates of their birth and death.

4. The seventh column contains the names of the members of the family, and the eighth column contains the dates of their birth and death.

5. The ninth column contains the names of the members of the family, and the tenth column contains the dates of their birth and death.

6. The eleventh column contains the names of the members of the family, and the twelfth column contains the dates of their birth and death.

7. The thirteenth column contains the names of the members of the family, and the fourteenth column contains the dates of their birth and death.

8. The fifteenth column contains the names of the members of the family, and the sixteenth column contains the dates of their birth and death.

9. The seventeenth column contains the names of the members of the family, and the eighteenth column contains the dates of their birth and death.

10. The nineteenth column contains the names of the members of the family, and the twentieth column contains the dates of their birth and death.

11. The twenty-first column contains the names of the members of the family, and the twenty-second column contains the dates of their birth and death.

12. The twenty-third column contains the names of the members of the family, and the twenty-fourth column contains the dates of their birth and death.

13. The twenty-fifth column contains the names of the members of the family, and the twenty-sixth column contains the dates of their birth and death.

14. The twenty-seventh column contains the names of the members of the family, and the twenty-eighth column contains the dates of their birth and death.

15. The twenty-ninth column contains the names of the members of the family, and the thirtieth column contains the dates of their birth and death.

16. The thirty-first column contains the names of the members of the family, and the thirty-second column contains the dates of their birth and death.

17. The thirty-third column contains the names of the members of the family, and the thirty-fourth column contains the dates of their birth and death.

18. The thirty-fifth column contains the names of the members of the family, and the thirty-sixth column contains the dates of their birth and death.

19. The thirty-seventh column contains the names of the members of the family, and the thirty-eighth column contains the dates of their birth and death.

20. The thirty-ninth column contains the names of the members of the family, and the fortieth column contains the dates of their birth and death.

21. The forty-first column contains the names of the members of the family, and the forty-second column contains the dates of their birth and death.

22. The forty-third column contains the names of the members of the family, and the forty-fourth column contains the dates of their birth and death.

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22

TABVLA III.
FAMILIAE AVGVSTAE SAXONICAE.

ad p. 35.

- 1.) Henricus I. cognomento rixofus, F. R. Henrici et Mathildis, vid. Tab. I. n. 26. Northufae, Matris deliciae, et huius nimio amore, ob procreationem a Rege patre, ad regnum defunctus A. 936, constitutus Dux Lotharingiae A. 940, illo decessu eod. anno a Lotharingensibus, Dux Bavariae A. 945, Marchio Peronenfis et Aquilensis A. 952. †. A. 955, d. 1. Nov. sep. Ratisbonae ad S. Mamercum p. 31.
VXOR.
- 2.) I. Juthida, F. Arnolphi mali, Ducis Bavariae †. A. . . . sep. Ratisbonae in monast. inferiori Sanctimonialium nobilium a se condito p. 37.
- 3.) II. N. N. Concubina, Princeps Slava p. 37.
-
- I.
- 4.) Henricus II. n. A. 951. Dux Bavariae A. 955. illa privatur et in exilium mittitur A. 978. ab Ottone II. Imp. A. 982. restitutus, post ejus mortem imperium assumat A. 983. Ducatus Bavariae iterum accipit A. 984. †. A. 995. d. 26. Aug. sep. Gandersheimii. p. 37.
VXOR.
- 5.) Gisela, F. Conradis Regis Burgundiae superioris, seu Juranat. †. A. 1007. d. 21. Jul. sep. Ratisbonae in monasterio inferiori. pag. 38.
- II.
- 6.) Hedvigi, conjunctura. 7.) Burchardi, Ducis Alamanicae A. 954. †. 973. p. 39.
- 8.) Gerberga, abbatissa Gandersheimensis A. 954. †. 1001. d. 10. Dec. sep. Gandersheim. p. 39.
- 9.) Bruno I. Comes et Dominus Melroede de Hennearthrope Brunsvicum. †. A. 972. p. 40.
VXOR.
- 10.) Hildefindis, F. Ekberti, monacali Comitum. †. d. 25. Dec. A. . . . p. 40.
-
- 11.) HENRICVS III. Imp. I. R. G. II. n. A. 971. Dux Bavariae A. 995. Rex eligitur et coronatur a Francis et Moysiis Moguntiae A. 1001. d. 6. Junii a Saxonibus Merseburgi d. 25. Julii, a Lotharingensibus Aquigrani d. 8. Sept. et a Suevis d. 1. Oct. ab Italis Papiae A. 1004. d. 12. Maji Imp. Romae A. 1014. die 27. Febr. de Solis †. A. 1024. d. 13. Julii Grenat. sep. Bambergae in aede S. Petri et Pauli, inter sanctos vocatus velatus A. 1152. p. 41.
VXOR.
- 12.) Kunigunda, F. Sigefriedi, Com. Luxemburg. coronata Paderbornae A. 1002. d. 10. Aug. Romae d. 27. Febr. A. 1014. monialis conjugens 1025. †. d. 3. Martii A. 1040. sep. Bambergae, caenobistata. A. 1201. p. 41.
- 13.) Bruno, fil. fratris, ob denegatum Ducatum Bavariae, rebellis A. 1003. reconciliatur A. 1004. Episcopus Augustanus A. 1007. †. A. 1029. p. 41.
- 14.) Arnoldus Archiepiscopus Ravennefis 995. †. A. 1014. †. A. 1018. p. 46.
- 15.) Gisela, nupta An. 995. †. A. 1046. p. 46.
- 16.) Stephanus, Rex Hungar. †. A. 1038. p. 46.
- 17.) Brigitta, montalis Ratisbonae. p. 46.
- 18.) Bruno II. Comes Saxoniae et Dominus Brunsvici, post mortem Ottonis III. imperium assumat A. 1002. †. A. 1006. p. 47.
VXORES.
- 19.) I. Gisela, F. Hermanni de Werla †. A. . . . sine prole p. 47.
- 20.) II. Gisela, F. Hermanni II. D. Sueviae, nupta secundo Ernesto, Suevorum Duci, et tertio Imp. Conrado II. A. 1016. †. A. 1043. d. 14. Februarii. p. 47.
-
- 21.) Ludolphus, Comes Saxoniae et Dominus Brunsvici †. A. 1038. d. 23. Februarii p. 47.
VXOR.
- 22.) Gertrudis, F. Arnolphi Gandavenfis, Fiffae Comitum. p. 47.
-
- 23.) Bruno, Comes Saxoniae, Dominus Brunsvici, occisus A. 1057. in proelio ad Niendorf. p. 47.
- 24.) Ecbertus, I. Comes Saxoniae et Dominus Brunsvici. Marchio Thuringiae et Misniae An. 1067. †. A. 1068. p. 48.
VXOR.
- 25.) Irmengard, f. Immaula, F. Manfredi, Marchionis Segusienfis ex Beria Atefina, vidua Ottonis de Sniuford, Ducis Sueviae, nupta A. 1058. †. A. . . . p. 49.
-
- 26.) Ecbertus II. Marchio Thuringiae et Misniae. Comes Saxoniae, et Dominus Brunsvici, Imp. Henrico II. rebellis A. 1088. occiditur A. 1090. in molendino Eijfenbutel p. 49.
VXOR.
- 27.) Oda, F. Ottonis Orlamundani, Marchionis Thuringiae et Misniae †. A. . . . sine liberis, p. 49.
- 28.) Gertrudis, haeres fratris. †. A. 1117. sep. Brunsvici in aede S. Aegidii. p. 49.
MARITUS.
- 29.) I. Theodoricus, Comes Kallenburgensis, occisus in conventu Gerstunensis A. 1085. d. 20. Januarii p. 50.
- 30.) II. Henricus crassus, Northheimis, Marchio Biffae, occisus a Bifoniensibus d. 10. Apr. A. 1101. sep. Bursfeldae. p. 50.
- 31.) III. Henricus, Comes de Ilburgh, Marchio Misniae, †. A. 1105. p. 51.

FAN

1.) **Henricus I.** cognomento rixosus, F. R. *Henrici et Mathildis*, vid. Tab. 1. n. 946
illo defectus eod. anno a Lotbariensibus, Dux Bavariae A. 945, Marchio V.
VXOR.

2.) I.) *Juthida*, F. *Arnolphi mali*, Ducis Bavariae †. A. - sep. Ratisbonae in mon.

3.) II.) *N. N. Concubina*, Princeps Slava p. 37.

I.

4.) **Henricus II.** n. A. 951, Dux Bavariae A. 955, illa privatur et in exilium m. de *Hedersheimii*. p. 37.

VXOR.

Comitis

5.) *Gisela*, F. *Conradi Regis Burgundiae superioris, seu Iuranae*, †. A. 1007. d. 2
pag. 38.

11.) **HENRICVS III.** Imp. I. R. G. II, n. A. 972, Dux Bavariae A. 995, Rex eligunt *svici, cis et Mosellanis Moguntiae* A. 1002. d. 6. Junii a Saxonibus *Mersburgi* d. 25. Julii, 1002, *quisgrani* d. 8. Sept. et a Suevis d. 1. Oct. ab Italis *Papiae* A. 1004. d. 12. Maji 27. Febr. de Solis †. A. 1024. d. 13. Julii *Gronae*, sep. *Bambergae* in aede S. *Pe*
e prole p.

VXOR.

12.) *Kunigunda*, F. *Sigefriedi, Com. Lucemburg. coronata Paderbornae* A. 1002. nupta Febr. A. 1014. monialis *Confugiensis* 1025. †. d. 3. Martii A. 1040. sep. *Bamber* *Conrade*
P. 43.

21

2

23.) **Bruno**, Comes Saxoniae, Dominus *Brunsvici*, occisus
A. 1057. in proelio ad *Niendorf*. p. 47.

24.) *Ecbertus*,
VXOR.25.) *Irmengard*.

26.) **Ecbertus II.** *Marchio Thuringiae et Misniae*, Comes Saxoniae, et Dominus *Br*
rebellis A. 1088. occiditur A. 1090. in molendino *Eisenbuttel* p. 49.

VXOR.

27.) *Oda*, F. *Otonis Orlamundani, Marchionis Thuringiae et Misniae* †. A. --- *finlae*, p. 50.

bissimus Dux Bavarorum et Saxonum, veneno occisus est XIII. Kal. Nov. et Luter juxta Luderum Imp. sepultus est.

30.) CHRONICA REGIA COLON. S. PANTALEON in *Ec cardii* T. I. p. 931. Anno Domini MCXLII. Rex Pentecosten Frankenefurt celebrat, condunnata Principum tam Bavariae, quam Saxoniae universitate. Ibi quorundam familiarium suorum principum fretus auxilio, Dominam Gertrud, famosissimam Saxoniae matronam, filiam videlicet Lotharii Imperatoris, et praedicti Henrici Ducis viduam, uni e fratribus suis coniunxit, sciens hac conjunctione multos confocerari, --- Celebrantur ergo nuptiae regali apparatu per XIV. dies, quas ipse Rex per se administravit.

CHRONICON AVSTRALE ad A. 1142. Hainricus, Dux Bavariae, et Marchio duxit uxorem Gertrudem, filiam Lotharii, et ad A. 1177. Hainricus, Dux Austriae obiit: et in monasterio Scottorum, quod ipse fundarat, sepultus.

PROBATIONES

AD TABVLAM III.

FAMILIAE AVGVSTAE SAXONICAE.

1.) Confer. Num. 27. Tab. I. hujus Diff. pag. 13.

VITA MATHILDIS c V. ap. Leibnit. T. I. p. 205. In hac civitate (Northufa) fratrem vestrum Henricum procreavimus, ibid. c. II n. 7. p. 195. Henricus in regali folio natus, junior fuit annis -- in omni tolerantia adversitatis caute observabat vestigia -- genitricis, et propter haec specialiter dilectus fuit matri, quae quasi esset unicus illius, convosens eum omnibus deliciis, ceteris in amore proposuit filiis, atque desideravit ipsum regno potiri post obitum -- Regis Henrici. Hinc et venit puero prima labes mali, et ab hoc Otto -- contra

fratrem parumper est commotus, talique modo inter ipsos crescebat invidia et lis assidua; Et. n. 11. Disponente providentia Die sceptrum regiminis cessit Ottoni. Inde magis ac magis inter fratres convalescebat discordia, quae inter ipsos versabatur ab infantia assidue litigantes, nil pacificum mutuo loquebantur.

CONTIN. REGINON. ad An. 940. Henrico fratri Regis Lothariensis Dacatus committitur, qui mox eodem anno a Lothariensibus expellitur.

FRODOARDVS ad A. 940. Otto Rex Henrico, Fratri suo, regnum Lothariense committit.

WITICHINDVS Lib. II. p. 649. Cum omnia regna coram eo (Ottone) silerent. monitu et intercessione sanctae matris ejus recordatus est multis laboribus fatigati fratris, praefecitque cum regno Bajoariorum, Bertholdo jam defuncto, pacem et concordiam cum eo faciens, qua usque in finem fideliter permansit.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad An. 945. Igitur Rex monitu pie matris suae recordatus fratris multis laboribus fatigati, Bertholdo Duce defuncto, praefecit eum regno Bavvariorum.

CONTIN. REGINON. ad A. 952. Berengarius cum filio suo Adalberto regiae se per omnia in vasallitium dedit dominationi, et Italiam iterum cum gratia et dono regis accepit regendam. Marca tantum Veronensis et Aquilenensis excipitur, quae Heinricho fratri Regis committitur.

VITA MATHILDIS c. IV. n. 19. l. c. p. 201. Henricus in regionem Bajoariorum perrexit, et ibi quam plurimos dies aegrotando laboravit, usque dum Deo iubente, anima de corpore exiit, et, ut speratur, paradisi januam intravit. His ita peractis in urbe Ratisbona sepelierunt corpus inclyti Ducis.

NECROL. FULDENSE ap. Schannar. l. c. p. 473. DCCCCLV. Kal. Novembr. Henricus Dux.

HERMANNVS CONTRACT. ad A. 955. T. III. apud Canif. edit.

edit. noviss. p. 259. *Heinricus quoque, frater Regis, Boiariae Dux, moriens filium aequivocum successorem reliquit.*

AVENTINVS Lib. V. Annal. p. 474. *Sepultus est in templo D. Heimerani.*

2.) HROSWITHA in Panegyri Oddonum p. 714. *ap. Meibomium T. I.*

At Dux Heinricus, frater regis, venerandus Princeps

Qui sibi condigne legali junxit amore

Arnulphi natam Ducis egregii generosam,

Nomine Iuditham, vultus splendore coruscam

Ac fulgore magis cunctae nitidam bonitatis.

Confirmatio Henrici S. Regis privilegiorum Inferioris Monasterii Ratisbon. in *Hundii* Metrop. Salisb. T. II. p. 590. *Henricus div. fav. clementia Rex - notum sit - qualiter -- Oda -- nostram adit majestatem -- rogans, ut monasterium sanctimonialium -- infra Ratisbonensem civitatem. -- quod divinae memoriae avia nostra Iuditha olim -- a fundamentis in Abbatiam erexit -- Data XII. Cal. Dec. An. inc. Domini MII. Indiēt. I. anno vero Domini Henrici Regis primo. Actum in ipsa urbe Ratisbonensi.*

AVENTINVS Annal. Lib. IV. p. 469. *Uxor Hainrici fuit Iuditha, filia Arnolphi, Ducis, rarae pulchritudinis ac pudicitiae foemina, quae Reginoburgii sacratarum foeminarum contubernium, quod inferius vocant, exstruxit: ubi ejus mausoleum in aditu adhuc monstratur.*

3.) Probationem hujus numeri vide n. 10. hujus Tab. III.

4.) CHRONICON QVEDLINBURG. ad A. 951. in *Leibnii* T. II. p. 279. *Eodem anno Heinricus, filius Henrici, Ducis, natus est.*

HERMANNVS CONTRACT. ad A. 976. l. c. p. 261. *Dissensio inter Regem Ottonem et patruelem ejus Henricum Duxem Baioariae, orta est. Et ad A. 978. Heinricus, Dux Baioariae*

joariae, et alius Dux, Augustensis quoque Episcopus Henricus, rebellantes Imperatori, capti et exilio mancipati sunt, Ducatumque Bajoariae, Otto, Dux Suevorum, cepit, et ad A. 982. Ipso anno Otto, Dux Suevorum et Noricorum, obiit: et postea Conradus, Dux Alamanniae factus, Henricus Ducatum Bajoariae recepit.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 976. Henricus, Dux Bavvariorum, honore et communionem privatus, Boemiam fugit.

ANNALES HILDESH. ad A. 954. in Leibnitii T. I. p. 719 Comperit nece Imperatoris, Henricus, quondam Dux, de exilio regressus, cum sibi faventibus Agrippinam civitatem intravit, ac regem retinuit: regnumque ejus invadendo plurimos sibi de Saxoribus associavit, qui cum in proximo Pascha Quidelingaburg ad Regem elegerunt. Unde quidam de optimatibus huic electioni non consentientes, sed regis vicem magis dolentes, e contra hanc modicum deceptaverunt et regem in regnum suum restituerunt, et Henricum, Ducem Bajovvariorum, denuo effecerunt.

DITMARVS Lib. IV. p. 351. Henricus --- pergens ad Ganderskeym, ubi Domina Gerberg, suimet soror, erat abbatisa, aegritudine premitur subitanea -- filioque mox abeunte, Dux praeclarus, in firmitate sua semper Kyrieleison ex corde clamans, migravit ad Christum V. Kal. Sept., sepultus ibidem, in medio ecclesiae coram sanctae crucis altari.

NECROL. FVLD. I. c. p. 476. DCCCCXCV. VI. Kal. Sept. Henrich, Dux.

5.) HERMANNVS CONTR. ad A. 905. l. c. p. 262. Henricus, Dux Bajoariae obiit, et filius ejus ex Gisela, Conradi, Regis Burgundiae filia, itidem Henricus, Imperator postea futurus, Ducatum interim obtinuit.

DITMARVS Lib VI. p. 383. In mense Julio XII. Kal. Augusti Gisla, venerabilis matrona, regis mater inclita, obiit, et Ratisbonae sepelitur.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 1007. Gisla, venerabilis

rabilis matrona, mater regis, obiit XII. Kal. Augusti, et Ratisbone sepelitur.

AVENTINVS l. c. Lib. V. c. II. p. 475. *Gisala, uxor Hainric in eadem aede, ubi socius Luitha, humata est: ita crux aurea restatur, quam Gisela, regina, ad sepulchrum, Gisalae, genitricis, dedicavit.*

6. et 7.) WITICHINDVS Annal. Lib. II. p. 656. *Sextam et septimam (legionem) construxerunt Saeui, quibus praefuit Burchardus, cui nupsit filia fratris Regis.*

CONTIN. REGIN ad A. 954. *Ea tempestate Luidolphus in gratiam regis revocatus, vasallos, quos habuit, et Ducatum patri reddidit, cui Burchardus in Ducatu successit.*

Plenam vero Ducatus possessionem demum post obitum Ludolphi adiit. HERMANNVS CONT. ad A. 957. l. c. p. 260. *Luitolfus Dux -- eodem anno, ad Plumbiam, immaturo obitu, vita decessit -- Et Burghardus Alamanniae Ducatum accepit.*

NECROL. FVLD. I. c. p. 474. DCCCCLXXIII. *Burghart Dux.*

HERMANNVS CONTR. ad A. 973. *Burchardus, Dux, obiit.*

NAVCLERVS Vol. II. Chronograph. Generat. XXXII. p. 735. *Burcardus, Dux Sueviae -- habuit duas uxores: prima fuit soror S. Udalrici, Luitgard dicta; qua defuncta duxit Hedwigem, filiam Henrici Ducis Saxoniae et Bavariae, qui fuit frater Ottonis M. Haec Hedwig adprime docta legitur fuisse in Latino et Graeco, pulchra et tamen austera; residebat in castro Duello, i. e. Tviel. Fuit monasterii Sti Galli et Augiae Majoris Advocata, et moritur sine prole.*

8.) CHRON. EP. HILDESH. ad A. 954. in Leibnitii T. I. p. 744. *Ipse etiam (Othwicus) Wendelgarda defuncta, Gerbergam, abbatissam in Gandesheim, ordinavit.*

TANGMARVS in vita Berwardi, c. XIII. in Leibnitii T. I. p. 447. *Hic (Othwicus) Dominam Gerburgam secundam in regimen constituit et consecravit.*

Conf.

Conf. testimonia ad n. 18. Tab. II. et n. 4. Tab. III.

NECROL. FVLD. l. c. p. 477. *Ml. Gerbirg, abbatissa, IV.*

Idus Decembr.

9.) Confirmatio thelonii ab Imp. Ottone II. eccl. Patav. data, in Hundii Metrop. Salisb. T. I. p. 358. *Otto divina favente clementia Imperator Augustus - Comperiat omnium fidelium - industria, qualiter - Piligrinus, Sanctae Laureacensis ecclesiae Pontifex, serenitatis nostrae magnificentiam adiit, intimando, antecessorem suum Adelbertum, - quandam partem Theolonei in Patavia civitate a - genitore nostro Ottone, Imperatore Augusto -- tenere -- Unde divino amore succenss, petitioni illius aurem pietatis nostrae libenti animo ac commodantes, eundem jam dictum Theoloneum cum tali lege et integritate, quali eum Adalbertus, Episcopus, in beneficium, et Bruno postmodum nepos noster in proprium habere videbantur. ad Pataviensem ecclesiam -- jure Imperiali donamus. - Datum II. Kal. Aug. A. D. Incarnat. DCCCCLXXVI. Indict. IV. Anno regni Domini Ottonis, Imperat. Augusti, XV. Imperii IX Actum Ratisbonae.*

HENRICVS BOTHO in Chron. picturat. Brunsvic. ad A. 987. ap. Leibnitii. T. III. p. 315. *Dusse Bruno dat vvas Hertogen Hinrikes sone do Beyeren, Kayser Otten broder des groten, so vvas do düt, eyn wwise, de eldeste Broder dat bleyff ein Hertoghe, de jungste eyn Greve. Unde dusse Greve Brun de gaff sick by sinen veddern Keyser Otten, do stelde he sic so manliken in sryde, so dat se öme gheven vvat landes in Sassen by Brunsvick, alsē Welverode de Hoghen Wort.*

EXCERPTA NECROL. FVLD. ap. Leibnit. T. III. p. 764. DCCCCLXXII. *Brun Dux.*

10.) HENR. BOTHO in Chron. alleg. cit. l. p. 315. *So wvonden dusse Margreve Bruno uppe dusse vorbenomeden stidde dat veren do borch gesete unde steyne veste, he nam eynes eddelen Greven dochter van Krauwacien de het Hildeswidd,*

*Wida, de telde öme eynen sonen, de heyt Bruno de nam öme
sulvest geheten wart, unde besat vordan de Grevelschopp de
Sassen.*

Consentit cum Bothone quoad nomen NECROL. HILDESH. in Leibnitii T. I. p. 767. VIII Kal. Januar. Hildesendis, Comitissa. Confudisse autem Bothonem concubinam Henrico D. Bavariae ante matrimonium cum Iuditha conjunctam, (quae exteri ejusdam Principis filia esse potuit) cum *Hildeswida*, filia *Ecberti monoculi*, recte indicavit Eccardus in *Hist Geneal. Marchian. Misnens.* c. I. p. 272. Ecbertum vero monoculum filium fuisse *Brunonis et Fridericuae*, sororis Mathildis Reginae clare testantur ANNALES HILDESH. ad A. 955. in Leibnitii T. I. p. 718. ubi *Ecbertus monoculus* dicitur *filius materterae Ottonis I. Imperatoris*, et WITICHINDVS Annal. Lib. III. p. 653. ubi eundem nominat *consobrinum Regis Ottonis*.

II.) Conferatur HERMANNI CONTR. testimonium in praecedente n. 5.

Ipse HENRICVS Imp in diplomate Gandersh. ap. Leibnitium T. II. p. 378. et Leuckfeld. c. IV. §. 9. p. 116. Prorecordatione atque requie patris nostri, *Henrici, magni Bavariae Ducis, animae, cujus ossa in eodem requiescunt monasterio.* ---
Data A. ab Inc. D. -- millesimo XXI. Ind. IV.

DITMARVS in praefat. Lib. V. p. 364.

Henricus scandit

— — — *natus de stemmate Regnum*

Huic pater Henricus Dux, et genitrix erat ejus

Gisla, suis meritis aequans vestigia Regis

Comradi patris, Burgundiae regna tenentis.

Et Lib. VI. p. 390. *Peracta in civitate Bambergensi ecclesia majore cum natalitius Regis dies esset, et XXXV. jam inciperet, II. Non. Maji, omnis primatus ad dedicationem istius aulae ibidem congregatur, et sponsa haec Christi per manus Joannis, Patriarchae de Aquileja, et aliorum plus quam XXX.*

F

Episco-

Episcoporum dedicatur. His ego peccator interfui, et, ut summo deivit regi, in omnibus hanc ornatam vidi. Annus et dies natalis Imperat. Henrici ex hoc loco Ditmari, quamvis mendo aliquo laborante, ita elicitur, Henricus obiit, secundum testimonia Scriptorum vitae suae et Meinwerci, vitae suae anno quinquagesimo secundo, et secundum ANNAL. HILDESHEIM, aliosque probatissimos Chronographos anno Christi 1024. In lucem ergo editus est An. Christi 972. die vi. Maji; Et hoc die ejus natalicio solenniter peracta fuit dedicatio Basilicae Bambergensis A. 1012. Hunc annum et eundem diem annotavit ANNALISTA HILDESHEIMENSIS in *Leibnitii* T. I. p. 723. Anno MXII. -- Rex -- cum summa regali reverentia Babenberg profectus est. Ibi venerabile monasterium ipsius Domini Regis nobile ac speciale studium ab Eberhardo primo ejusdem sedis Episcopo, cum consensu et conventu omnium Cisalpinorum praesulum II. Non. Maji consecratum est. Ab Anno vero 972, usque ad A. 1012. procedunt anni quadraginta, non quinque et triginta, vitium ergo in numeros Ditmari, librarii negligentia irrepsit, qui pro XXXX. facili errore scripsit XXXV.

ADELBOLDVS in vita Henrici S. c. VII. ap. *Leibnitium* T. I p. 432. *Inde Moguntiam festinans, sine impedimento transiit ibi octavo Idus Junii in regem eligitur, acclamatur, benedicitur.* Et Cap. XI. p. 433. *Inde Rex procedens in Saxoniam, pervenit Mersberg. Benno Dux Saxonum -- caeteri Episcopi de Saxoniam, et Comites plurimi in festivitate S. Iacobi Regi occurrunt. -- Regem coronant, coronatum in solio locant, locatum debita congratulatione venerantur.* Et Cap. XII. p. 433. *Cum his Rex Aquisgrani perveniens, caeteris Lothariensibus convenientibus, in nativitate post partum virginis (sive accuratius cum DITMARO Lib. V. p. 369. loquendo: In nativitate S. Mariae) eligitur, collaudatur, in Regiam sedem extollitur, glorificatur.* Et Cap. XIII. p. 434. *Sic igitur Rex in regnis singulis antecessoris sui, praeter Italiam et Alemanniam,*

niam, receptus -- in Franciam revertitur, ut -- vere amoenitatem reducente in Alemanniam exercitum duceret, et Herimannum -- pati jugum doceret. Sed Herimannus -- se in semetipsum recollegit, et in solemnitate S. Remigii Brusellae Regi obviam venit.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad An. 1004. Posthaec Papiam urbem visitans ab Archidiacono ejus et a primis regionis illius decenter suscipitur, et cum admirabili laudis captu ad ecclesiam deducitur, et communi electione sublimatur, inque solium regale collocatur.

VETUS CHRONICON de Regibus Italiae A. 1028. scriptum in Muratorii Anecd. T. II. et T. IV. Script. Rer. Ital. p. 149. fuit electus Henricus et coronatus in secundo die, qui fuit dies Lunae, XII. die mensis Madi, et coronatus in civitate Papi.

DIETMARVS Lib. VII. princ. p. 400. Decursus a Dom. Incarnat. post millenarii plenitudinem numeri, annis tredecim, et in subsequenti anni secundo mense, ac hebdomata tertia, anno autem regni ejus tertio decimo, et die dominica, ac VI. Kal. Martii, Henricus -- cum dilecta suimet conjugis Cuncgunda, ad ecclesiam S. Petri, Papa expectante, Venit -- et tunc ab eodem inunctionem et coronam cum contextali sum suscepit.

VITA MEINWERCII Cap. LXXXIX. ap. Leibnitium T. I. p. 556. Gruona decumbens cum totius Christianitatis inaeestimabili moerore anno vitae suae LH. regni XXII. Imperii X. Dom. Incarnat. c10XXIV. est defunctus, et Bawenbergae translatus, in ecclesia BB. Apostolorum Petri et Pauli honorifice est sepultus.

NECROL. FVLG. ap. Schannat. I. c. p. 478. MXXXIV. Heinrichus, Imperator Augustus, III. Idus Julii.

12.) Numerum hunc scriptorum testimoniis illustratum vide in DOMINI PRAESIDIS Diss. Geneal. de Fam. Aug. Luxemburg. Tab. I. n. 9. p. 7.

Corollarium II. isti dissertationi subjunctum: *Inter Henricum S. et Cunigundam non omni tempore fuit virgineum conjugium*, acriter impugnavit R. P. IOH. BAPTISTA SOLERIUS, Soc. Jesu Presbyter Antwerpensis, cum in Actis Sanctorum d. XII. Julii recenseret vitam Imp. Henrici S. Quemadmodum vero castitati ac pudicitiae horum Conjugum Augustissimorum hac sua sententia Praeses hujus Dissertationis non vult quicquam detrudere; ita nec cupit persuadere virgineo Solerii animo amores conjugales Henrici et Cunigundae, ne surdo carmen canere videatur. Attamen pro stabilienda ea, non potest non sequentia testimonia adducere:

Traditio quorundam praediorum ecclesiae Paderbornensi in SCHATENI Annal. Paderb. Lib. V. p. 424. *Henricus Dei gratia, Romanorum Imperator Augustus. Omnium Christi fidelium industria noverit, qualiter nos -- dilectissimae conjugis nostrae, qui duo sumus in carne una, Cunigundae videlicet, Imperatricis Augustae, rogatu et instinctu -- Data IIII. Id. Iunii, Ind. XV. Anno Dom. Incarn. MXXVII. anno vero Domini Henrici secundi regnantis XVI. Imperii IIII. actum Patherbrunnen.*

Idem Imperator in allocutione ad Archiepiscopos et Episcopos in Synodo Francofurtana in DITMARI Lib. VI. p. 383. *Faveatis, quia in sobole acquirenda nulla mihi spes remanet.*

ARNOLDVS, Episcopus Halberstadiensis, in epistola ad Henricum, Ep. Herbipolensem, in codicillo Diplom. Bamberg. in Ludovigii Script. Bamberg. T. I. n. II. p. IIII6. *Hoc et ipse (Henricus) in Synodo, miserabili, attamen luculenta oratione, perstrinxit, quia, si se Deus privaret fructu ventris sui, et humana prole exheredaret, se Deum, si dignaretur, libenter sibi heredem facturum.*

Imp. HENRICVS in diplomate Hildesheimensi, in Leibnizii T. II. Script. Brunsv. p. 156. *Si qua eo loci ab antecessoribus nostris*

nostris -- sunt attributa -- pro conjugis, regalisque prolis incolumitate -- confirmamus -- Datum Ind. XII. Anno MXIII. etc.

Haec testimonia clara et distincta confirmant me in ea sententia, Imp. Henricum et Kunigundam aetate adhuc vegeta, et corpore firmo proli gignendae operam in casto matrimonio dedisse, viribus vero eorum valetudine adversa fractis voto continentiae sese obstrinxisse.

13. VITA MEINWERCI, Ep. Paderb. c. XIV. *ap. Leibnit. T. I. p. 521. Anno Dominicae incarnationis millesimo tertio -- Ducatum Boioariae dans Henrico, fratri Domnae Chunigundae, confectionalis suae, incurrit offensam fratris sui, Brunonis, qui inde plus iusto commotus, cum Henrico, filio Bertoldi, Comitis, cum ambobus Bolizlavionibus, Polianico principe, et Boemico, a rege infideliter defecit -- Bruno proximo anno interventu Dominae Gislae, matris suae regi conciliatur.*

WIPPO in vita Conradi Salici c. XXV. *in Pistorii T. III. p. 436. Anno sequenti (1029.) Imperator in Boioaria Ratisponae Pascha celebravit: ibi, Bruno, Episcopus Augustensis, defunctus est, cujus corpus Imperatrix prosequuta, cum filio Henrico Rege Augustam, sedem suam, honorifice sepeliri fecerunt. Nobilis enim valde fuit ipse Episcopus Bruno. Nam dum esset frater Heinrichi Imperatoris, filius erat materae Giselae Imperatricis, soror vero ejusdem Episcopi, nupta Stephano, Regi Ungarorum, causa fuit Christianitatis, primum in gente Pannonica.*

ACTA Francofurdenfis Synodi, A. 1007. V. Kal. Nov. celebratae, in GRETSERI Vita S. Henrici Imp. c. XII. *in Ludwigi Script. Bamberg T. I. p. 279. et in HARDVINI Concilior. T. VI. p. I. p. 771. Bruno, Augustensis Episcopus, interfui, collaudavi et subscripsi.*

NECROL. FVLD. l. c. p. 479. *MXXIX. Brun, Episcopus.*

14.) DITMARVS Lib. VII. p. 400 ad A. 1014. *Arnulphum, fratrem suum, quem Ravennati antea praefecit ecclesiae Caesar, denuo inthronizatum ab Apostolico ibidem consecrari praecepit. Supplantatorem autem Ethelbertum ejus, injuste ibi diu sedentem, primo voluit degradare, sed assidua priorum devictus intercessions alteri praeficitur Ecclesiae, nomine Aritia. Et p. 416. Alimannus -- Arnulpho, regis germano, et nunc Episcopo Ravennatis ecclesiae, ad servitium datus est. (A. 1017.)*

RICOBALDVS FERRAR. in hist Pontif Rom. in Eccardi T. I. p. 1222. in Catalogo Episcop. Eccles. Ravennatis subjuncto: *Fredericus, anno, quo mortuus est Henricus, Rex maximus, primo venit in Italiam. Arnoldus. Eripertus. Geboardus.*

CHRONICON QVEDLINBURG. ad A. 1014. in Leibnitii T. II. p. 289. *Rex Ravenna properans habito Synodo, Arnoldum, fratrem suum, Episcopali dignitate prius donatum, et quorundam vi redire coactum, auctoritate Papae et cuncti Senatus consilio, revocat: Archipraesulem digno honore stabilivit, aliisque ibidem rite ordinatis, discedens Romam pervenit: et ad A. 1018. l. c. p. 291. obiit -- Arnoldus, Archiepiscopus Ravennatus.*

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 1018. *obierunt eodem anno -- et Arnoldus, Ravennensis Archiepiscopus.*

15.) HERMANNVS CONTR. ad A. 995. *Hujus (Henrici, Ducis, Imperatoris postea futuri) soror Gisela, Stephano Regi Ungariorum, cum se ad finem Christi converteret, quasi vere juxta nomen suum fidei osores, in conjugium data.*

16.) IDEM, ad A. 1038. *Stephanus, Ungariorum rex -- obiit.*

17.) AVCTOR vitae S. Wolfgangi §. XVII. *In tantum -- in Sanctimonialibus -- (Ratisbone) convaluit castitatis religio, ut ipse Dux (Henricus) divino compunctus amore filiam suam, vocabulo Brigidam, earum jungeret collegio.*

Adscri-

Adscribunt his filiabus Henrici II. Ducis Bavariae, recentiores Genealogi, duas adhuc sorores, unam *Sophiam*, alteram *Adelheidam*, in errorem sine dubio inducti, ex Diplomatum Henrici S. Imp. de A. 1008. 1009. et 1012. in quibus has sorores *suas* nominat. Cum vero in alia charta eccles. Gandersheimensi data, de A. 1021. idem Imperator *Sophiam* dicat *respectively sororem et consanguineam*. Vid. Leuckfeldio c. I. c. XII. p. 226. colligimus, Imperatorem Henricum S. Sorores Imperatoris Ottonis III. *Sophiam et Adelheidam*, (de quibus ad Tab. II. n. 18. et 19. p. 25. et 26. dictum est) ob consanguinitatem intercedentem hoc ornasse titulo.

18.) Conferatur Bothonis testimonium ad n. 9. p. 40.

VITA MEINWERCII c. XI. ap. Leibnit. T. I. p. 521. *Quidam etiam Princeps Bruno nomine, regni fastigium obtinere voluit, sed effectum carens, multis votis ei non faventibus. et praecipue -- Berwwardo, Hildimesheimensis ecclesiae Episcopo, in hominibus et bonis ejus multa mala intulit.*

Conf. TANGMARVS in vita Berw ardi, Episcopo Hildesh. c. XXXIV. in Leibnitii T. I. p. 457.

Cum quoad annum mortis clara desint Scriptorum testimonia, variae de hoc recentiorum Historicorum sunt sententiae, quibusdam A. 1006, aliis 1014. defendentibus. Certior tamen nobis videtur annus 1006. quia alter maritus Gislæ, Ernestus, Dux Sueviae, defunctus A. 1015. reliquit duos filios, quorum majorem natu, nomine Ernestum, successorem in Ducatu esse adeptus.

19. 20. 21. 22. et 23.) Numeros hos probatos habes in DOMINI PRAESIDIS Diss. Geneal. de Fam. Aug. Franconica T. II. n. 1. 2. 3. seq. p. 35. et n. 14. p. 22.

CHRONICON FRANCORVM MS. Mabillonii in Felleri monumentor. in edit. Trimestr. I. p. 82. *Duce Ernesto defuncto*
acce-

accepit Gislam uxorem Comes Bruno de Brunsvic, peperitque illi Ludolphum Comitem.

24.) Conf. Probationes in citata Dissertatione DOMINI PRAESIDIS n. 4. p. 37.

LAMBERTVS SCHAFNABVRG. ad A. 1067. Otto, Marchio Thuringorum, obiit — Marchiam ejus Ecbertus, patruelis regis, suscepit: et ad An. 1068. Ecbertus, Marchio, exactis diebus festis digressus, dum se in sua recepisset, modica febre pulsatus, terminum vitae accepit: Sed Marchiam adhuc vivens, adquisierat filio suo, tenerrimae aetatis infantulo, quem ei vidua Ducis Ottonis de Swinensfurt pepererat, cui tamen ipse paucis diebus, antequam vita excederet, repudium scribere cogitaverat, et contra leges et statuta hominum, viduam (Adelam, filiam Lamberti, Comitis Lovanensis) Ottonis (de Orlamunda) Marchionis (Misniae, mortui An. 1067.) matrimonio sibi jungere, quod haec forma elegantior, et efferatis moribus suis opportunior videretur. Sed mors opportune interveniens, nefarios conatus ejus interceptit.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 1067. p. 465. Henricus (IV.) Rex, Bertam, filiam Ottonis, Marchionis de Italia, et Adelheidis, quae soror erat Comitis, qui agnominatus est de Monte Bardonis, in Italia, et Immulae, seu Irmingardis, quam post mortem Ottonis Ducis de Swinvorde, Ekbertus, Marchio senior de Brunsvic, uxorem tunc habebat, ducens, et ad A. 1057. Otto de Swinvorde, Dux Suevorum, IV. Kal. Octobris obiit, et Swinvorde cum parentibus suis sepultus est.

Hanc Irmingardam filiam fuisse Maginfredi, seu Manfredi, sive Vlrici, Marchionis Segusienfis, et Berthae Atefinae, ostendunt MVRATORIUS in Antichita Estensi cap. XIII. p. 204. et GVDNLINGIANA Parte XXX n. II. §. XXIV. p. 426.

CHRONICON FRANCORVM MS. Mabillonii in Felleri Hist. Geneal. Brunsvic. in append. ad cap. IX. p. 262. ad A. 1035. Otto

Otto de Sorinvorde post hanc accepit uxorem, quae Ermitias, vel Immula, seu Irmingardis, dicta fuit, sororque illius Adela dicta, nupserat Ottoni Marchioni de Italia.

25.) Vid. probationes in numero antecedente.

26.) ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 1075. Denique Ekberti, Marchionis de Brunsvvic, qui Saxonibus nullum fecerat auxilium, sed regi, utpote valde propinquo genere, toto animo favebat, possessiones prius invasis, deditque illas Orhelrico de Godesheym.

LAMBERTVS SCHAFNABVRG. ad A. 1089. Sextum bellum committitur juxta Glichin, castellum in Thuringia, inter Heinrichum imperatorem et Eckibertum Marchionem. - Eckibertus, Marchio, juxta aquam, quae dicitur Sclicha, in molendino quodam miserabiliter interfectus occubuit.

ANNALES HILDESHEIM. ad A. 1090. Indict VII. ap Leibnit.

T. 1. p. 732. Eggibertus, Marchio, occisus est.

27.) ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 1062. Otto, Marchio, -- habuit uxorem, nomine Adalam de Brabantia ex castello, quod Lovene dicitur, quae peperit ei tres filias, Odam, Cunigundam, Adelheidam. Odam accipit Ecbertus Marchio junior de Brunsvvic, et haec sine liberis obiit.

28.) VETVS CHRONICON DVCVM BRVNSVICENS. ap. Maderum p. 12. Ekbertus, Brunonis defuncti frater, qui Marchio dicebatur, genuit Ekbertum et Gertrudim, quae defuncto patre, et fratre, a favoribus imperii inrefercto, haereditatem in Brunsvvic obtinuit.

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 1117. Gertrud, Marchionissa Saxonica nobilissima et potentissima, obiit.

TABVLA BLASIANA Brunsvic. ad A. 1117. in Sagittarii Orig. et incrementis Brunsvici §. 77. Is gestorben Gertrudis, Marckgraven Eggebrechts Tochter, tho Bronsvvic in Kercke begraven worden.

G

29.) ANNA-

29.) ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 1056. *Idem*
Theodericus accepit uxorem Gertrudem, filiam Eckberti,
Marchionis senioris, matrem Richenzae, Imperatricis,
ex qua genuit item Theodericum, qui sine liberis obiit.

Confirmatio donat ad ecclesiam Katlenburg. ab Ruothar-
 do, Archiepisc. Moguntino, facta in *Leuckfeldii* Antiquit. Kat-
 lenburg C. III. p. 22. *Rothardus D. Gr. Sanctae eccles. Mogun-*
tiensis Archiepiscopus -- Notum -- sit cunctis -- quod vir il-
lustris, Comes Theodericus, filius Comitis Theodorici, et
Comitissae Gertrudis, in Castro suo -- Katlenburg -- mo-
nasterium -- tam pro remedio animae suae, quam parentum
suorum -- instituit -- haec -- Comes Theodericus, et Adela,
Comitiss. uxor ejus -- devota mente dederunt -- Actum Ka-
telenburg III. Idus Nov. Ann. ab Incarnat. Dom. M. C. V. in-
dict. XIV.

WALTRAMVS Naumburg. Apologiae pro Imp. Henr. IV.
 Lib. II. c. 19. *Fit conventus in loco, qui dicitur Gerstungun,*
XIII. Calend. Februarii, Anno scilicet MLXXV --
Unde facta dissensione inter ipsos etiam adversae partis princi-
pes occisus est ibi Thiederichus, Comes, habens in conjugio
sororem Egberthi, Marchionis.

30.) Confirmatio Fundat. eccles. Bursfeldens. in *Leuck-*
feldii Antiquit. Bursfeld. cap. I. p. 6. *Ruothardus, D. Gr. Mo-*
guntiensis eccles. Archiepiscopus -- omnium -- pateat indu-
striae, qualiter gloriosus Comes Henricus, filius Ottom
Ducis, ejusque inelyta conjux, Gertrudis, filia Ekke-
berti, Marchionis, pro animae suae remedio, haeredum suo-
rum consensu, fundaverunt monasterium in ripa Wirrae,
fluminis, in villa, quae Mimende vocatur -- Data in
Heiligenstadt, Anno Incarnat. Dom. MEXIII. Indict. I. Idus
Julii.

ANNA

ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 1101. *Henricus crassus, potentissimus Comes Saxoniae, gratiam Imperatoris adeptus, Marchiam Frisae ab Imperatore in beneficium accepit, sicut fertur etiam per testamentum scripturae; Qui profectus in Frieslandam possidere Comitatus ejusdem provinciae pertinentes, prius ad Trajectensem Episcopatum a militibus Trajectensis Episcopi, et a vulgaribus Fresonibus, quibus dominationis suae jugum grave fuit, obsequium eorum spectans, insidiis vallatur, re quoque cognita fugiens ad mare, vulneratur a nautis simul et suffocatur; Uxor autem ipsius Gertrudis, soror Ecberti Marchionis junioris vix evasit.*

Monumentum ejus habet *Leuckfeld* in Antiquit. Bursfeld C. I. p. 13.

Anno MCI. IV. Idus Aprilis, sepultus
Est hic generosus Comes *Henricus, Filius*
Othonis, Ducis, Fundator hujus coenobii.

31.) ANNALISTA SAXO Eccardinus ad A. 1103. *Henricus Marchio de Iburh, filius Dedonis, Marchionis, ex Adhela, Marchionissa, quae vidua extabat Othonis, Marchionis de Orlagemunde, defunctus vir sui temporis in Saxonia praepotentissimus. Habuit autem filium de Gertrude, Comitissa de Brunefvic, Henricum, Marchionem juniorem.*

ADDENDA.

I. ad *Tabula* I. n. 27. p. 13.

CHRONICA REGIA S. PANTAL. in Eccardi T. I. p. 891.
ad A. 928: Eodem anno dominus *Bruno* Colonienfium Archiepiscopus, *Henrico* regi nascitur ex *Mathilda* regina.

II. ad

227
52 GENEALOGIA FAMILIAE AVGVSTAE SAXONICAE

II. ad *Tabula* II. n. 2. p. 18. linea 1.

legatur WILHELMVS Malm esburiensis.

ROGERIVS de HOVEDEN P. I. annal. Angl. ad an. 899.

ap. Savilium p. 421. *Huic* (Elfredo R.) *filius ejus successit* *Edvvardus, cognomento Senior -- ex regina sua Edgiva filios* *tres -- tresque insuper habuit filias, quarum unam Otto, Rom.* *Imp. -- in coniugem habuit.*

De Edgidæ patre antiquam fuisse controversiam genealogicam, apparet ex ALBERICI, Scriptoris Sec. XIII, *Chronico* P. I. p. 271. ad A. 924. Conf. GYNDLINGIANA P. XXXVII. n. III. p. 159.

ad *Tabulae* II. n. 13. p. 20.

ALBERICVS ad a. 961. P. II. p. 2. *Imperator -- filium suum* *Ottomem, puerum septennem, Aquisgrano die sancto Pentecostes in Regem ungi fecit.*

EXPLICIT FELICITER GENEALOGIA
FAMILIAE AVGVSTAE SAXO-
NICAE.

CORRIGENDA: p. 13. lin. 27. legatur: *Natus eo tempore, quo pater eius Heinricus* p. 15. lin. 21. legatur: *Nascitur Henrico famosus filius Oddo* p. 23. lin. 3. legatur: *Anno Dom. Incarn. 990.* p. 24. lin. 3. legatur: *perpetuo regenda.* p. 38. lin. 9. legatur: ANNALES HILDESH ad A. 984.

COROLLARIA

- I. Ludolphus, Dux Saxoniae non descendit a Witichindo, Duce Saxonum inclito sub Carolo M.
- II. Heinricus, Dux, primus libera potestate regnavit in Saxonia.
- III. Regnum Germaniae in familia Saxonica non fuit haereditarium.
- IV. Nexus regni Germaniae cum Imperio Romano deducendus est ab Ottone M., non a Carolo M.
- V. Donatio Ottonis M. de A. 962. Pontifici R. facta, ap. Bayonium ad h. a. n. 3. et Goldast. T. II. Constitut. Imp. p. 44. commentitia.
- VI. Imperium Romanum ab Ottone M. acquisitum non fuit nudus titulus.
- VII. Regnum Italiae et Imperium Romanum inter se sunt distincta.



Q. N. XII, 5.

V c
72^a

Q. D. B. V.
STEMMATOGRAPHIA
AVGVSTA
SAXONICA

SVB MODERAMINE
IOANNIS DAVIDIS KOELERI P.P.

EX
IDONEIS MONVMENTIS
COLLECTA
ET
AD DISSERTATIONEM CIRCVLAREM

D. MAII A. G. C. MDCCCXXXI.
PROPOSITA

AB
LAVRENTIO IACOBO KRAVSIO
AVCTORE RESPONDENTE.



ALTO RFII

RECVS. A IOD. GVIL. KOHLESIO ACAD. TYPOGR.

Inches
Centimetres
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black
Farbkarte #13
B.I.G.

